


STEPHANVS BVRONVS
PATRITIVS GENVENSIS
LECTORI S.





Ræclarè olim à ſapientiſsimo Philoſopho dictum eſt, quales in Repub: Principes, tales & reliquos Ciues ſolere eſſe. Accidit enim neſcio quo modo, vt omnes diligẽtius in eos oculos cõuertant, eorumq; vitam atque actiones attentius, quàm aliorum hominum contemplentur. quo etiam fit, vt eorum non ſolùm quæ laudabilia ſunt, verùm etiam quæ vituperatione digna, ſæpè ſibi imitanda proponant. Quocirca ſi aliqui Principes extent, quorum actiones laudabiles ſint, eas ſilentio inuoluere nefas putandum eſt. Eo enim fructu homines priuantur, quem ex earum cognitione atque imitatione perciperent. Etenim vt Themiſtoclem ſpectata trophæa Miltiadis



quondã excitabant, sic etiam valde inflammantur animi omnium,quorum in oculis eę sunt cõstitutæ virtutes, quibus omnis Principum vita est insignita. Quantam autem laudem per omnem vitam suã meruerit, in diesq; magis mereat DOMINICVS CARDINALIS PINELLVS, quia non omnes æquè norunt,Breuia hęc Pontificia in vnum corpus collecta, quasi testimonium præclarissimarum eius virtutum, edere constitui; vt quantę existimationis apud Summos Põtifices propter maximam ipsius virtutem nulla vnquam ne minima quidem macula inquinatam fuerit, omnibus innotescat. Ex his enim incredibilis eius in omni rerum genere,maximè verò in populis gubernãdis regendisq; Prouincijs prudentia,iustitia,atq; animi moderatio declaratur; quarum in eo residentium virtutũ splendorem posteà intuiti Summi Christi Vicarij eius semper opera vsi sunt, amplissimamq; ei facultatem potestatemq; impertiuerunt. Hinc autem sumpta occasione,cõpendium quoddam ipsius actionum feci, iam inde ab eius ortu repetito initio, vt quænam sit compendiaria via ad eam gloriam eosq; honores,qui verę tantùm virtutis ipsius comites fuere, omnes facilè intelligant. Dominicus Pinellus natus est in clarissima Genuen. Repub: anno MDXLI.

MDXLI. ex veteri ac Illustri Pinellorũ familia. quæ quidem quantum omni tempore dignitatis atque splendoris habuerit, notius est, quàm vt à me in præsentia pluribus referri debeat. Constat enim apud omnes, clarissimos litterarũ & armorum gloria viros in hac familia floruisse, qui ad ãplissimos honores merito suo euecti maxima in existimatione non apud Ciues solùm, sed apud exteros etiam habiti sunt, vt de nonnullis præclarè Vbertus Folieta in suo opusculo de Claris Liguribus testatum reliquit. Constat grauissimos Senatores, ac etiam Reip: Duces ex ea stirpe manasse, ex qua etiã originem traxit Auia Innocētij viij. Pont. Max., qui familiã hanc multis honoribus ac titulis cohonestauit, vt clarius colligere licet ex eiusdem Pont. litteris, quæ vnà cum his Breuibus impressæ sunt; ac etiam Alexandri vj. à quo multis priuilegijs honoribusq; eadem familia decorata fuit. Ex hac igitur gente ortus Dominicus, Matrem habuit Benedictã Georgij Spinulæ filiam, lectissimam nobilissimamq; fœminam, Patrem verò Paridem Pinellum, qui ad vetera familiæ decora, ea quæ ipsius propria erant, addidit. Omnibus enim magistratibus functus est, quibus Genuenses Patritij fungi possunt, multasq; Legationes multa cum laude

obiuit,

obiuit, maximoq; apud omnes in honore fuit. Verùm tam claro præstantiq; Patre dignum sese omni ex parte filium præbuit Dominicus. Cùm enim ad eam ætatem peruenisset, in qua de totius vitæ ratione deliberandum est, diu secum ipse dubitauit, bellicamne laudem, an litterarum gloriam sectaretur, in quarum vtraque maiores suos excelluisse intelligebat. Tandem ad litterarum studia animum adiecit, annumq; agẽs XVII. Patauium profectus est, vbi cæteris omnibus posthabitis, quæ præclaros iuuenum conatus retardare queunt, sex ipsos annos Iurisprudentiæ operam nauans, mirabiliter profecit; domumq; reuersus Iurisfcons. tenera adhuc ætate maxima cum laude atque omnium admiratione factus est; & iam inde ab eo tẽpore summa quæque illi omnes prædicebant, atque augurabantur, quòd talem ipsemet de se ipso virtute sua spem polliceretur. Romam deinde profectus, & à Pio iiii. Vtr. Signat. Referendarius, cùm nondum tertium & vigesimum annum excederet, factus, tale probitatis & ingenii sui specimen dedit, vt Pius posteà V. cùm ad præscriptum paucorum numerum Signat. Referendarios redegisset, non modò illum inter paucos confirmauerit, quod magnã ei apud vniuersam Curiã existimationem attulit,

sed

sed etiam munus correctoris expeditionum litterarum (vt vocant) contradictarum dederit, multaq; illi prætereà grauissima munera iniunxerit, multisq; etiam Congregationibus interesse voluerit, cùm singularem eius probitatem pari cum prudentia ac eruditione coniunctam cerneret, ac deputatum fabricæ S. Petri, eiusdemq; Iudicem ordinarium fecerit, deinde etiam in vnū ex reformatoribus tribunalium Vrbis creauerit, demum Alexandri Riarij tunc Auditoris Cameræ posteà Cardinalis Locumtenentem in ciuilibus generalem pronuntiauerit. Quod munus tanta facilitate, iustitia, ac prudentia administrauit, vt omnibus omnium ordinum hominibus gratissimus extiterit, exemplumq; dederit, quonam pacto talia munera obiri debeant. Quo nomine Romana Curia etiam nunc eius nomen ob eximiam iuris peritiam summamq; integritatē maximo honore prosequitur, illiusq; prudētissimorum decretorum memoriam non sinit intermori. Quod autem maxima esset hominum de illius doctrina atque integritate opinio, inde facilè licet intelligere, quod Pio V. vita functo Gregorius XIII. Pont. Max. statim magnis in rebus eius opera vsus est. Illum enim primò Commissarium Apostolicum misit ad definiendas inter

Narnienses

Narnienses & Interamnenses controuersias de finibus, quas licet diuturnas ac ferè dicã perẽnes (quippè cùm abhinc ducẽtis circiter annis inter ipsos fuerint) mira tamen omnium cum admiratione litigãtiumq; approbatione & assensu composuit, ac terminauit. Post id temporis in patriam reuersus, cùm iam non amplius Romam redire cogitaret, ex obitu enim Patris multis familiaribus negotijs implicitus erat, amicorum tamen litteris, eorumq; summorum Virorum, consilium mutauit, Romamq; reuersus, ab eodem Gregorio xiij., vt qui illius virtutem optimè norat, Vicesgerens Aloysij Cardinalis Cornelij S. R. E. Camerarij factus est. Cùm igitur talia virtutis suæ documenta iam dedisset Dominicus, & celeri gradu in dies magis ad veros honores veræ virtutis comites tenderet, Fœlix Perettus Cardinalis de Montealto Episcopus & Princeps Firmanus, qui Sixtus V. post Gregorij obitum renuntiatus fuit, illi Ecclesiam Firmanam administrandam cedit. Eum Gregorius Firmanum Episcopum ac Principem creat. In qua quidem Ecclesia per septem annos eoq; amplius administranda, ita se difficillimis illis temporibus gessit, vt non modò egregij Episcopi, ac veri Pastoris munus omni ex parte

adimplerit;

adimplerit; nullis pro Dei Ecclesia laboribus, nullis vigilijs pepercerit, vt gregis sibi commissi saluti consuleret; sed etiã nonnullas nobiles familias veteri simultate dissentientes reconciliauerit, aliosq; permultos Ciues ab intestinis odijs ad concordiam reuocauerit, multisq; illius ditionis Castris capitalibus seditionibus fluctuãtibus ipse tanquàm Mercurius cœlo missus pacis & concordiæ auctor fuerit. Cœnobia extruxit, templa instaurauit, pauperes consilio ac opera adiuuit, nihilq; omisit, quod aliquo modo ad munus sibi iniunctum pertineret, vt apertè plura etiam monumenta impressa testantur. Tandem cùm Romam redire cuperet, relicta Firmana Ecclesia; iamq; à Gregorio xiij. Cameræ Apostolicæ Clericus factus esset, cùmq; Firmana Ciuitas ægrè admodum id ferret, Legatos Romam misit ad Pontificem, qui illum suppliciter orarent, obsecrarentq; ne talem sibi Episcopum ac Patrem ademptum vellet. Respondit Pontifex, illius opera Romæ opus esse; itaq; illam iacturam patienter ferrent, eam se aliàs compensaturum. Relicta igitur Ecclesia, magnoq; omnibus sui desiderio relicto, quod multis indicijs Ciuitas illa declarauit, Romam venit, nouumq; Clericale munus tractare magna cum laude cœ-

pit, quippè cùm maxima quæque negotia ab eo gererentur. Intereà Gregorius diem suum obijt, cuius in locum Sixtus suffectus cùm peracris hominum æstimator esset, Dominicum sponte sua ad se accersitum vult singulis diebus atque adeò horis adesse, multa illi ac magni ponderis negotia committit, Assistentem in suo sacello facit, Nuntium in Hispaniam eligit, cumq; inibi iam esset Dominicus, vt Roma discederet, Pontifex mutato consilio, ad eum quem primum Cardinalium creandorum delectum habuit, summa omnium Patrum ac totius Curiæ voluntate ac etiam voluptate studioq; aggregauit primo sui Pontificatus anno, menseq; VIII., Dominici verò anno XLV. post quàm in Romana Aula per xxij. annos summa cum laude versatus fuerat. In quo quidem honoris gradu ad illum deferendo, dubium est, maioremne prudentiæ laudem ille Pontifex, an Dominicus probitatis famam sibi conciliauerit. Neque enim in illa tanta tamq; illustri dignitate diu latuit eius virtus, sed ita statim enituit, effulsitq;, vt nemini non fuerit persuasum, quicquid commodi & ornamenti à sapientissimo Principe optari aut sperari posset, id à Cardinali Pinello Christianam Rempub:

pub: non modò expectare, sed suo quasi iure exigere oportere. Nec multò pòst cùm nobilissima Prouincia Flaminia factiosis scelestisq; hominibus ac sicarijs vndique infestaretur, Dominicum Cardinalem septimo sui Cardinalatus post creationem mense in primis delegit Sixtus, cui illam à miserijs illis, quibus oppressa erat, subleuandam traderet. Ideò Legatus illius Prouinciæ maxima cum auctoritate quanta concedi potest à Pontificibus factus, nactusq; campum, in quo excurrere, & vires ingenij, prudentiæq; suæ explicare posset, duorum mensium spatio sicarios pellit, Prouinciamq; totam ita quietam & pacatam reddit, vt omnes nunquam se anteà maiore tranquillitate ac pace vsos esse palàm dicerent, cùm diu noctuq; domi forisq; tutos sese ab omnibus insidijs esse intelligerent; quæ fama etiam hodiè in tota Prouincia viget. Quod & Rauennnates suis in historijs amplissimè ac honorificentissimè testati fuere, itaut eorum ex animis sit neque eius neque rerum ab eo præclarè gestarum vnquam excessura memoria. Quocirca finitimi Principes tantam virtutem atque prudentiam admirati, litteris sæpius illum summis laudibus extulerunt.

§ 2 Singulis

singulis diebus omnes summos & infimos quotquot illum adire vellent, benignè audiebat, litesq; perplexas ac diuturnas componebat, deq; omnibus rebus ac negotijs ita compositè ac disertè loquebatur, vt tantam in iudicando facilitatem ac gubernando dexteritatem grauissimi Iurisconsulti admirarentur, eamq; vnam sæpius ob causam accederent, vt illum iudicantem ac de iure & æquo respondentem audirent, vt in sua Rauennat. historia Hieronymus Rubeus testatus est. Quò factum est, vt maximam sibi omnium beneuolentiam conciliauerit, apudq; omnes in maxima existimatione ac admiratione fuerit, ipsiq; Rauennates portam ab eius cognomine dictam ad eius memoriam construxerint. Composito turbulentissimo illius Prouinciæ statu, Romam redit, atque à Sixto S. Mariæ Maioris Archipresbyter creatur, illius scilicet Ecclesiæ, in qua idem Pont. opulentissimo sacello condito corpus suum sepeliri mandauerat: Ab eodemq; Sixto Propœnitetiarij Maioris dignitate ornatur, absente Illustrissimo viro Hippolyto Cardinali Aldobrandino in Poloniæ Legatione; paulò post suæ Signat. Gratię Cardinalis renuntiatur, inde Protector Heluetiorum declaratur, summoq; consensu ab illo Senatu acci-

pitur,

pitur, vt litteris ad eum missis testati sunt. Protector etiã Ordinis Carmelitarum, Religionisq; Augustinianæ Viceprotector; &, vt semel dicam, omnibus ferè grauioribus negotijs ac Congregationibus interesse illum, multis verò præesse voluit idem Pontifex, ac pręcipuè Congregationibus Rerum Gallicarum, septimi Decretalium, Concilij Tridentini, Clasis Pontificiæ, Gymnasij almæ Vrbis, ac sacræ (vt aiunt) Consultæ; cuius postea gubernandæ curam ac principem locum ab Vrbano vij. traditum à Gregorio xiiij. confirmatum fuisse, tota Romana Aula, atque adeò status Ecclesiasticus vniuersus summè lætatus est. Clasis etiam Pontificiæ demum ab eodem Sixto Legatus factus, quantum in hoc genere prudentia, dexteritasq; ipsius posset, optimè declarauit. Quod & idem Sixtus publico in Consistorio apud Quirinalem Montem propter plures Turcarum Triremes profligatas præclarissimis verbis testatus est. His honoribus ac muneribus honorificentissimè perfunctus Cardinalis Pinellus, à Gregorio xiiij. anno sui Pontificatus primo mense verò tertio, Perusiæ Vmbriæq; Legatus factus est. In qua Legatione obeunda tanta edit ingenij, pietatis, religionis, integritatis, iustitiæ, & sapientiæ monumenta, vt

Prouincia

Prouincia vniuersa, in primis verò egentes & boni, illum quasi vnum ex Annalium memoria nō sine quadam admiratione intueantur, vt è cœlo delapsum difficillimo tempore ad se tuendos atque ornandos putēt. Quis enim non admiretur incredibilem eius in hominibus excipiendis facilitatem, in decernendo suauitatem, in audiendo patientiam, in iureq; dicendo summam doctrinam pari cum prudētia ac æquitate coniunctam? quæ ne cuiquam grauis aut acerba videri possit, mirum quantis humanitatis & clementiæ cōdimentis ab eo mitigari soleat; summaq; illius grauitas incredibile est, quanta cum comitate, morumq; suauitate & facilitate coniungatur. Hoc etiam ad summas eius laudes accedit, quod non solùm oppressam penuria Ciuitatem difficillimis temporibus mirificè subleuauit, sed etiam cùm in eo summa sit elegantia summusq; nitor, vias ac plateas publicas cum ingenti totius Ciuitatis lætitia ad communem vtilitatem commoditatemq; aperuit; Quod paterno amore & charitate motus (qua cum vrbem hāc vniuersam, tum singulos quosq; complexus est) Consilium XL. virorum optimis constitutionibus ac legibus instituit, ad publicum non modò decus ac ornamentum, sed etiam totius Ciuita-


tis

tis salutare commodum; Quod statuam etiam æneam Sixti Quinti grati animi ergò ad scholas ponendam curauit; quodq; alia& præclara & multa meditetur:quę omnia ciuitas publicis monumentis testata est. Quis autem dubitat, quin etiam sit omniũ iudicio in posterum meditaturus & acturus maiora, si illi (quod laudabilis eius vitæ cursus ad summa quæq; directus nobis promittit) dignitas omnium maxima diuino nutu summoq; bono mortalium obtigerit? Quod vt sperare possimus, illud facit, quod superiores etiã omnes gradus honorũ propter virtutum ipsius præstantiam delatos illi esse omnes norunt. Quarum virtutum quasi propositam aliquam ad imitandum formam, Breuia hæc futura esse existimo. Quorum ego occasione volui breuiter eius vitam ad quinquagesimum vsque ætatis suæ annum, quem nunc agit, summatim contexere, ac contextam huic operi prætexere, vt omnes intelligant, qualis quantusq; vir fuerit CARDINALIS PINELLVS, quantusq; futurus sit, si longior illi vita contigerit,ac quem imitari possint omni tempore tanquàm exemplar quoddam habeant. Quodnam autem exemplum sibi ad imitandum proponere aptius possint, quàm eius hominis, qui omnibus egregijs

animi

animi dotibus ornatiſsimus totam eius vitam omni tempore innocentiſsimè duxerit? qui prudentia ita excellat, vt quæ in diſciplinis traduntur ad vſum hominum vtilia, & percepta habeat, & reipſa quotidie comprobet; & quæ etiam experiendo diſcimus atq; notamus optime poſſideat? qui grauitatem cum comitate ita coniunxerit, vt nihil eius grauitate iucundius, comitate verò grauius inueniri poſsit? qui naturam maximè ſedatam, & rerum nouarum minimè cupidam præ ſe ſemper tulerit? qui iuſtitiam atque integritatem maximè omnium ſectetur; qui bonos ſingulariter amplectatur; qui ingenio perſpicaciſsimo, & in rebus dubijs prompto atque expedito conſilio valuerit, valeatq; quàmplurimùm? qui tandem omnibus acceptiſsimus, erga omnes officioſiſsimus vixeritq; hactenus, viuatq; nunc ſummo Dei Opt. Max. beneficio? Ad cæteras ſummas eius laudes illa etiam accedit maximè commendanda, quod nemo eſt, qui maiore & accuratiore cunctis in rebus diligentia curaq; vtatur; quiq; minus ſe à laboribus infractum atque indefeſſum, & in rebus aggrediendis, ad exitumq; perducendis magis ſtrenuum, ſedulumq; præbeat. Quibus omnibus rebus ita conſpicuus ita clarus eſt, vt in eum veluti in

ti in exemplar quoddam pręclarum intuentes ſeſe homines ad virtutẽ effingant. Hæc habui, quæ de vita præſtantiſsimi huius Principis ſummatim ac breuiter percenſerem, quæ tu ita, lector, accipito, vt longè à me plura quæ ad illius laudes pertinebant, omiſſa putes. Cùm enim eo viuente ſcripſerim, nemini volui aſſentatoris nomine ſuſpectus eſſe. Sed quicunque Cardinalem Pinellum aliqua ex parte notum habuerit, nunquam tale de me aliquid ſuſpicari poterit, quin longe minora meritis dixiſſe me affirmabit. Vale. Peruſiæ vij. Id. Septembr. M. D. X C I.



SIXTVS
EPISCOPVS
SERVVS
SERVORVM
DEI.



Dilecto Filio Dominico Sanctę Romanę Ecclesię Presbytero Cardinali Pinello nuncupato Salutem & Apostolicam benedictionem.



OMANA Ecclesia cęterarum omnium caput & magistra in deferēdis præcipuis honoribus delectum virorum virtute,& meritis insignium diligenter habere consueuit, vt & ipsa in tantorum negociorum ad eam quotidiè ex vniuerso orbe confluentium expeditione, talium virorum consilio subnixa, vt conuenit, gubernetur, & cognitę spectatęq; virtuti conuenientia premia tribuantur. Hinc est, quod crescentibus in dies curis & sollicitudinibus nostris; Nos sperantes quod tu ob singularem prudentiam, & eximiam doctrinam cum generis nobilitate coniunctam, necnon in iudicando grauitatem, & rectitudinem, quas iam dudum etiam cùm in vtraq; Signatura nostra Referendarius esses, ac teneres locum generalis Auditoris causarū curię Camerę Apostolicę omnibus argumentis osten-

A distі,

disti, ac quod Ecclesię Firmanę, quam & nos in minoribus constituti reximus, & gubernauimus laudabiliter pręfuisti, & postremò in Collegium Clericorum dictę Camerę Apostolicę cooptatus fuisti, poteris eidem Romanę Ecclesiæ & Reipublicę Christianę tempore procedente multipliciter fructuosus esse, ac nobis, & pro tempore existenti Romano Pōtifici in negociorum, & Sedi Apostolicæ incumbentium expeditione, ac subleuatione onerum, quę dictę Sedi grauia quotidiè incumbunt valdè proficuus, Habita cum Venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, De illorum consilio, & assensu ad Dei gloriam & laudem, Sedis Apostolicæ honorem, & fidei Catholicæ incrementum, Te etiam in capella nostra nobis Assistentē in ipsius Romanæ Ecclesiæ Presbyterum Cardinalem cum omnibus priuilegijs, & insignibus debitis, & consuetis de Apostolicæ potestatis plenitudine assumimus, constituimus, pronunciamus, & publicamus, ac in numerum, & consortium aliorum ipsius Romanę Ecclesiæ Presbyterorum Cardinalium adscribimus: Tibiq; solita benedictione benedicimus; Non obstantibus de certo dictorum Cardinalium numero, ac piæ mem: Eugenij PP. iiij. prædecessoris nostri, & alijs Apostolicis constitutionibus, etiam in concilijs generalibus editis creandos Cardinales prius denunciandos esse, ac inter denunciationem huiusmodi, & illorum publicationem consistorialiter faciendam, & certum dierum numerum ac tum demū consensum omnium Cardinaliū, ad hoc specialiter vocatorum & certo temporis spatio expectatorum interuenire, certasq; alias solemnitates seruari debere: Alioquin promotiones huiusmodi eo ipso irritas, & inanes inter alia disponentibus. Quibus, & cæteris omnibus, quæ pręmissis quocunq; modo obesse possent, & si in eis caueatur expressè quod illis nullo modo, aut nisi modo, & forma tunc expressis derogari possit, nec mentio, seu forma per ęquipollens, aut nullo modo seruata pro specificè, ac verè, & non fictè seruata habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad effectum præmissorum omnium de consilio assensu, & potestatis plenitudine similibus specialiter, & expresse derogamus; Quodq;

tu

12

tu omnes qualitates ad creationem, & promotionem huiusmodi requisitas non habeas, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Insuper vt statum tuum iuxtà dignitatis splendorem decentius obtinere possis, Motu proprio tecum, vt etiam postquam Ecclesiam pro titt. tui Cardinalatus assignandam assecutus fueris Monasterium Abbatiam nuncupatum Sancti Benedicti de Vllano Bissignanen. conuentu carens, ac Prioratum Sancti Ampelij de Bordigheta ordinis eiusdem Sãcti Benedicti Vintimillien. quæ ex concessione Apostolica in commendam, aut aliàs ad tui vitam, necnon Ecclesiam sine cura Sanctę Marię de Persi cum illi contiguo, seu annexo oratorio Terdonen. quam obtines, ac vnam Quadragintaquinq; ducatorum super vnius ac fontis Episcopi nuncupatę Agrigẽtin. ac aliam sexaginta Scutorum super quorumdam Ianuẽ. & aliam Vigintiquatuor ducatorum super aliorum Canonicatuum & prebendarum Sancti Syri Ecclesiarum Sancti Romuli Albinganen. nec non aliam aliorum vigintiquatuor super parrochialis Ecclesię Sancti Nicolai de Maiorata Militen. & reliquã pensiones annuas Centum ducatorum super Monasterij Abbatiæ nuncupati Sancti Benedicti de Borzono locorum eiusdem Sancti Benedicti seu alterius ordinis Ianuen. dioc. fructibus redditibus, & prouentibus Apostolica tibi auctoritate dudum reseruatas, quas annuatim percipis vt prius retinere, & percipere liberè, & licitè valeas, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cęterisq; contrarijs nequaquam obstantibus, dicta Apostolica auctoritate tenore pręsentium de specialis dono gratię dispensamus. Decernentes propterea commendas non cessare; ac Ecclesiam Sanctę Marię non vacare, & pensiones ipsas non cessare, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquã quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem, quod Monasterium de Vllano in spiritualibus non lędatur, ac in temporalibus detrimenta non sustineat, nec non Prioratus, & Ecclesia Sanctę Marię huiusmodi debitis non fraudentur obsequjs, & animarum cura in Monasterio de Vllano, & Prioratu prędictis si qua illis immineat, nullatenus negligatur, sed eorum cõgruè supportentur onera consueta. Nulli ergo omnino homi

num liceat hanc paginam nostrę assumptionis, cōstitutionis, pronunciationis, publicationis, ascriptionis, benedictionis, derogationis, dispensationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurū. Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę Millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, Quintodecimo kal. Ianuarij Pontificatus Nostri Anno Primo

✠ Ego SIXTVS Catholicę Ecclesię Episcopus.

† Ego A. Card. Farnesius Vicecancell. Episc. Ostiens.
† Ego Iac. Card. Sabellus Episc. Portuen.
† Ego Io. Ant. Episcopus Tuscul. Card. Sancti Georgij.
†
† Ego Io. Franc. Card. de Gambara Episcopus Pręnestin.
†
†
† Ego M. Siticus Card. ab Altaemps
† Ego In. Aualus Card. de Arag.
†
† Ego Pt. Card. Comensis.
† Ego P. Card. Sanctacrutius
†
† Frater Michael Bonellus Card. Alex.
† Lud. Card. Madrutius
† Card. Senonensis
† Iul. Ant. Sanctorius Card. S. Seuerinæ
† P. Card. Cęsius
†
† Ego Hier. Card. Rust.
† Ego Io. Hier. Card. Albanus
† Ego Ph. Boncomp. Card. S. Sixti maior Pœn.

† Ego

† Ego Hier. Card. Simoncellus

† P. Card. Deza
† Ego A. Card. Carafa

† Io. Ant. Card. Sanctorum Quattuor
† Io. B. Card. Sancti Marcelli

† Aug. Card. de Verona
† Vin. Card. Montis Regalis

† S. Card. Lancellotus
† Ego Vinc. Card. Gonzaga


† Ego Fer. Card. de Medicis
† Phil. V. Card. Camer.

† Ego F. Card. Sfortia

† A. Card. Montaltus.

H. Prodat. I. Bucca

Registrata in Secretaria Apostolica



14

15

SIXTVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.

Dilecto filio Dominico Tit. Sancti Laurentij in Pane, & Perna Presbytero Cardinali Pinello nuncupato Salutem, & Apostolicam benedictionem.



ECET Romanum Pōtificem, quem Pastor ille cęlestis vniuersis prętulit Ecclesijs, fratres suos, quos ad Cardinalatus honores, vt vnà secum vniuersalis Ecclesię onera sortiantur, pro tempore assumit, Ecclesiarum titulis decorare, & eorum personas condignis honoribus sublimare. Cū itaq; nos nuper te ob grandia virtutum merita, quibus personam tuam illarum largitor altiss. insigniuit, de fratrum nostrorum Sanctę Romanę Ecclesiæ Cardinalium consilio, & assensu, ac Apostolicę potestatis plenitudine in eiusdem Romanę Ecclesię presbyterum Cardinalem ad asſistendum nobis in regimine eiusdem vniuersalis Ecclesię Apostolica auctoritate duxerimus assumendum,

& Ecclesia S. Laurentij in Pane & Perna de Vrbe, quę titulus Presbyteri Cardinalis existit, & cui bonę memorię Guillelmus tituli eiusdē S.Laurentij in Pane & Perna Presbyter Cardinalis,dū viueret,pręsidebat,per obitū dicti Guillelmi Cardinalis,qui in Romana curia debitum naturę persoluit, vacauerit,& vacet ad presens:Nos cupientes te prout iuris & rationis existit proprio Cardinalatus titulo decorare, Ecclesiā S. Laurentij prædictam vt pręfertur,vacantem, cum omnibus & singulis illius membris palatijs iuribus, & pertinentijs tibi ꝓ tui Cardinalatus titulo de simili consilio dicta auctoritate cōcedimus,& assignamus:Teq́;illi in presbyterum Cardinalem pręficimus, curam regimen & administrationem ipsius Ecclesię S.Laurentij tibi in spiritualibus & temporalibus plenariè committendo.Itaquod liceat tibi regiminis & administrationis Ecclesię S.Laurentij ac membrorum,palatiorum,iurium, & pertinentiarum prędictorum possessionem seu quasi per te vel alium seu alios propria auctoritate liberè apprehendere, & de illorum fructibus redditibus,& prouentibus disponere, & ordinare, ac ipsam Ecclesiam Sancti Laurentij in spiritualibus & temporalibus regere & gubernare,sicut presbyteri Cardinales, qui illi pro tempore pręfuerunt de illis disponere , & ordinare, & Ecclesiam ipsam Sancti Laurentij regere,& gubernare potuerunt, seu etiam debuerunt, firma spe, fiduciaq́; conceptis.quod gratia tibi assistente Diuina prædicta Ecclesia Sancti Laurētij per tuę circumspectionis industriam & studium fructuosum regetur vtiliter,& prosperè dirigetur,ac grata in eisdem spiritualibus, & temporalibus suscipiet incremēta. Quocirca circumspectioni tuę per Apostolica scripta mādamus, quatenus curam dictę Ecclesię Sancti Laurentij ac huiusmodi regimen,& administrationem sic exercere studeas sollicitè, fideliter, & prudenter, quod Ecclesia ipsa Sācti Laurentij Guber.prouido & fructuoso administratori gaudeat se commissam, Túq; exinde valeas apud nos, & Sedem Apostolicam non immeritò commendari. Et insuper vt statum tuū iuxtà Cardinalatus sublimitatem decentius tenere valeas, Motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis desuper oblatę petitionis instantiam , sed de nostra mera liberalitate

tecum

tecum vt etiam postquam in vim præfectionis huiusmodi pacificam possessionem seu quasi regiminis & administrationis dictæ Ecclesiæ S. Laurentij huiusmodi ac illius bonorum asse cutus fueris, omnia, & singula monasteria, & beneficia Ecclesiastica cũ cura, & sine cura, secularia, & quorumuis ordinum regularia, quę ex quibus uis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis incommendam, seu administrationẽ vel alias obtines, ac in quibus, & ad quę ius tibi quomodolibet competit, & si de iure patronatus laicorum ac inter te & quoscunque alios litigiosa existant; vt prius quoad vixeris etiam vnà cum dicta Ecclesia Sancti Laurentij, quamdiu illi pręfueris retinere, ac ius tibi in illis, vel ad illa competens prosequi, & non deductum deducere, nec non quibusuis regressibus, & accessibus, ac regrediendi & accedendi ad monasteria, & beneficia quęcunq; facultatibus tibi concessis vti, & sub illis cõprehensa, nec non si illa euincas litigiosa beneficia huiusmodi consequi etiam vt pręfertur retinere, nec non quoscunque fructus Ecclesiasticos, ac quascunque pensiones annuas super similibus fructibus tibi reseruatos, & assignatos, quorum & quarum quantitates, ac monasteriorum & beneficiorum prædictorum qualitates, inuocationes, denominationes, situationes, ordines, dependentias, & annuos valores præsentibus haberi volumus pro expressis similiter, vt prius quoad vixeris percipere, & leuare, liberè, & licitè valeas, generalis Concilij, ac quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & nostra per quam dudum inter alia voluimus verum annuum valorem monasteriorum, & aliorum beneficiorum in similibus gratijs exprimi debere, nec non Ecclesiarum in quibus secularia, & monasteriorum, seu aliquorum locorum regulariũ, in quibus regularia beneficia huiusmodi forsan existant, seu à quibus ipsa regularia beneficia dependant, ac ordinum, quorum illa sint, iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia, roboratis statutis, & consuetudinibus cæterisq; contrarijs nequaq̃; obstantibus dicta auctoritate tenore præsentium de specialis dono gratiæ dispensamus. Decernentes propterea monasteria, & beneficia ac ius non vacare, & commendas non cessare, nec non regressus, seu

accessus non expirare, ac reseruationes fructuum, & pensiones huiusmodi extinctas non esse, Irritum quoq; & inane, si secus super his à quoq; quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Prouiso quod propterea monasteria in spiritualibus non lædantur, & in temporalibus detrimenta non sustineant, ac beneficia huiusmodi debitis non fraudentur obsequijs, & animarum cura in illis, quibus illa immineat, nullatenus negligatur, sed illarum & monasteriorum prædictorum, necnon dilectorum filiorum conuentuum eorundem congruè supportentur onera consueta. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo octuagesimo quinto Decimo octauo kal. Februar. Pontificatus Nostri Anno Primo.

H. Prodat.

Io: Bap. Canobius.

I: Bucca

Registrata apud Io: Baptistam Secretarium.

18

SIXTVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.

Dilecto filio Dominico tituli Sancti Lauren tij in Pane & Perna presbytero Cardinali Pinello nuncupato in Prouincia noſtra Romandiolæ noſtro & Apoſtolicæ Sedis de Latere Legato.

Ac pro nobis & Sancta Romana Eccleſia in Spiritualibus, & temporalibus Vicario Generali Salutem & Apoſtolicam benedictionem.



Voniam hodiè te in Prouincia noſtra Romandiolę noſtrum & Apoſtolicę Sedis de Latere Legatum, ac pro nobis & S.R.E. in ſpiritualibus & temporalibus Vicarium generalem cū auctoritate & amplitudine tanto muneri cōuenienti ad noſtrum & dictę Sedis beneplacitum conſtituimus, conſentaneum eſt, vt eadem opera dignitatem tuam in iis etiam quę ad ſtatum & ſalutem Prouincialium tuorum conferunt, gratificandi facultate proſequamur. Itaq; vt tu perſonis prædictæ Prouincię prudentiæ

tuæ

tuæ commissę opportunè consulere, teq; erga illos vtilem & benignum exhibere possis, non derogando Sacrij Concilij Tridentini decretis, circumspectioni tuæ Legatione tua huiusmodi durante, & intrà illius fines, atq; erga illius personas & loca ibi existentia duntaxat per te ipsum vel alium seu alios viros probos & idoneos, contrà quoscunq; criminosos & delinquentes tam seculares, quàm etiam exemptos cuiuscunq; dignitatis status ordinis & conditionis fuerint, per viam accusationis, denunciationis aut ex officio simpliciter & de plano ac sine strepitu & figura iudicij, inquirendi & procedendi, reosque prout canonicę requirunt sanctiones & aliàs tibi videbitur expedire puniendi, necnon horum criminum ac etiam omnes alias causas ciuiles criminales & mixtas ad Ecclesiasticum forum quomodocunq; pertinentes non tamen beneficiales tam per viam simplicis quęrelę, quàm etiam quarumcunque appellationum à quibuscunque Iudicibus ordinarijs, & etiam à Sede prædicta dilegatis interpositarũ, & ipsa Legatione durante interponendarum motas & inchoatas, ac interim mouendas & inchoandas, cum omnibus earum incidentibus emergentibus annexis & connexis & summariè simpliciter & de plano ac sine strepitu & figura iudicij sola veritate inspecta, terminisq; substantialibus vnico contextu vel etiam non seruatis, sed illorum loco prefixo termino arbitrio tuo procedendo audiendi & fine debito terminandi, itaut etiam in quibuscunque causis ciuilibus criminalibus & mixtis tam primæ instantiæ quàm etiam quarumcunque appellationum inter Clericos, tu cum ordinarijs omnibus tuę Legationis concurras & præuentioni locus esse debeat, cognitio verò, & decisio causarum atrociorum criminum, pro quibus pęna sanguinis esset irroganda, ad te tuumque Tribunal dumtaxat pertineant & ad præmissorum cęterorumque contingentium effectum quoscunque etiam per edictum locis publicis affigendum, cõstitio prius, etiam summariè & extraiudicialiter de non tuto ad illos accessu citandi & monendi, eisq; ac etiam quibusuis iudicibus & alijs personis quibus & quoties opus erit, etiam per simile edictum, ac sub censuris ecclesiasticis, & pœnis etiam pecuniarijs tuo vel delegatorum tuorũ

arbitrio

SIXTVS
PP. V.

Dilecto filio nostro Dominico tituli Sancti Laurentij in Pane, & Perna presbytero Cardinali Pinello nuncupato.



ILECTE fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem. Defuncto nuper bonę mem. Philippo Cardinale Sancti Sixti sacri Ordinis fratrum gloriosissimę Dei genitricis semperq; Virginis Mariæ de Monte Carmelo, dũ vixit apud nos, & Sedẽ Apostolicam Protectore, dilectus filius Io: Baptista Casardus eiusdem Ordinis Generalis, suo, ac ipsius Ordinis nomine nobis supplicauit, vt te sibi in Protectorẽ loco dicti Philippi Cardinalis dare dignaremur. Nos igitur confidentes, quod tu eidem Ordini pro tua singulari virtute, prudentia, eximioq; erga Religionem studio apud nos, & sedem Apostolicam plurimũ prodesse poteris, huiusmodi supplicationibus inclinati, Te vniuersi Ordinis prędicti quo ad vixeris apud nos, & Sedem eandem Apostolica auctoritate tenore pręsentium Protectorem constituimus, & deputamus, omnemq; iurisdictionem, auctoritatem, potestatem, & facultatem alijs dicti ordinis Protectoribus concedi solitas tibi concedimus. Pręcipientes eidem Generali, ac Prioribus, cęterisq; ordinis prędicti personis, & fratribus quibuscunq; alijsq; ad quos spectat in virtute sanctę obedientię, vt exhibitis his nostris literis te in eo-

rum Protectorem recipiāt, ac tibi tanquàm eorum Protectori, sicut alijs Protectoribus consueuerunt, pareant, & obediāt, Contrarijs non obstantibus quibuscunq;. Hortamur autem te in Domino, vt in hoc munere obeundo sic tua te probitas, religio, pietas, sinceraq; caritas ducat, & dirigat, vt à Deo omnipotenti ęternum prępmium, à nobis veró, & hac sancta Sede non mediocrem laudē consequi merearis. Dat. Romę apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris. Die 13. Iunij M. D. L.XXXVI. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Tho: Thom. Gualterutius.

SIXTVS PP. V.

Dilecto filio nostro Dominico Tituli Sancti Laurentij in Pane, & Perna Presbytero Cardinali Pinello nuncupato nostro & Apostolicę Sedis in Prouincia Romandiolę de Latere Legato.



ILECTE fili noster salutem, & Apostolicam benedictioné. Nuper grauissimis ac iustissimis suadentibus causis, & de tua potissimùm integritate, fide, doctrina, prudentia, ac rerum gerendarum vsu, alijsq; eximijs animi tui dotibus, quibus te prędicum nouimus, confisi, Te in Consistorio nostro secreto totius Prouincię Romandiolę nostrũ, & Apostolicæ Sedis de Latere Legatum de Venerabilium fratrum nostrorũ Sanctæ Romanę Ecclesię Cardinalium, consilio, & assensu creauimus, & constituimus. Nunc igitur Circunspectionem tuam hortamur, vt munus hoc tibi à nobis demandatum forti, atq; alacri animo suscipiens, quàmprimùm tuo commodo poteris, illuc ad munus tibi à nobis commissum in Dei nomine administrandum conferas, Prouinciamq; illam tua pręsentia, ac virtute confirmes, atq; gubernes, & quę tali tempore necessaria, & opportuna iudicaueris, sicut de te nobis pollicemur, adim-

pleas

pleas, vt & Populus ille sub cura vigilantiaq; tua constitutus pacis & iustitię fructus consequi valeat, & nos huiusmodi iudicio de te nostro quàm maximè lętari posśimus. Dat. Romę apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris Die 29. Iulij M. D. LXXXVI. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Tho: Thom. Gualterutius.

SIXTVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.

Dilecto filio Dominico tituli Sancti Laurentij in Pane, & Perna presbytero Cardinali Pinello nuncupato in Prouincia nostra Romandiolæ nostro & Apostolicæ Sedis de Latere Legato.,

Ac pro nobis & Sancta Romana Ecclesia in Spiritualibus, & temporalibus Vicario Generali Salutem & Apostolicam benedictionem.



Voniam hodiè te in Prouincia nostra Romandiolæ nostrum & Apostolicę Sedis de Latere Legatum, ac pro nobis & S.R.E. in spiritualibus & temporalibus Vicarium generalem cum auctoritate & amplitudine tanto muneri cōuenienti ad nostrum & dictæ Sedis beneplacitum constituimus, consentaneum est, vt eadem opera dignitatem tuam in ijs etiam quę ad statum & salutem Prouincialium tuorum conferunt, gratificandi facultate prosequamur. Itaq; vt tu personis prędictę Prouincię prudentię

D tuę

tuæ commissæ opportunè consulere, teq; erga illos vtilem & benignum exibere possis, non derogando Sacrij Concilij Tridentini decretis, Circumspectioni tuæ Legatione tua huiusmodi durante, & intrà illius fines, atq; erga illius personas & loca ibi existentia duntaxat per te ipsum vel alium seu alios viros probos & idoneos, contrà quoscunq; criminosos & delinquentes tam seculares, quàm etiam exemptos cuiuscunq; dignitatis status ordinis & conditionis fuerint, per viam accusationis, denunciationis aut ex officio simpliciter & de plano ac sine strepitu & figura iudicij, inquirendi & procedendi, reosque prout canonicę requirunt sanctiones & aliàs tibi videbitur expedire puniendi, necnon horum criminum ac etiam omnes alias causas ciuiles criminales & mixtas ad Ecclesiasticum forum quomodocunq; pertinentes non tamen beneficiales tam per viam simplicis querelę, quàm etiam quarumcunque appellationum à quibuscunque Iucidibus ordinarijs, & etiã à Sede prædicta delegatis interpositarum, & ipsa Legatione durante interponendarum motas & inchoatas, ac interim mouendas & inchoandas, cum omnibus earum incidentibus emergentibus annexis & connexis & summariè simpliciter & de plano ac sine strepitu & figura iudicij sola veritate inspecta, terminisq́; substantialibus vnico contextu vel etiam non seruatis, sed illorum loco præfixo termino arbitrio tuo procedendo audiendi & fine debito terminandi, itaut etiam in quibuscunque causis ciuilibus criminalibus & mixtis tam primæ instantię quàm etiam quarumcunque appellationum inter Clericos, tu cum ordinarijs omnibus tuæ Legationis concurras & pręuentioni locus esse debeat, cognitio verò, & decisio causarum atrociorum criminum, pro quibus pœna sanguinis esset irroganda, ad te tuumq́ue Tribunal dumtaxat pertineant & ad præmissorum cęterorumq́ue contingentium effectum, quoscunque etiam per edictum locis publicis affigendum, constito prius, etiam summariè & extraiudicialiter de non tuto ad illos accessu citandi & monendi, eisq́; ac etiam quibusuis iudicibus & alijs personis quibus & quoties opus erit, etiam per simile edictum, ac sub censuris ecclesiasticis, & pœnis etiam pecuniarijs tuo vel delegatorum tuorũ

arbitrio

arbitrio irrogandi moderandi & applicandi, inhibendi, ac cõ trà inobediẽtes, & rebelles quoscunq; censuras, & pœnas ipsas etiam sępius aggrauandi, interdictum Ecclesiasticum apponendi, & relaxandi, auxiliumq; brachij secularis inuocandi, seu causas ipsas cùm tibi videbitur ad te aduocandi, & etiam (vt prę fertur) audiendi & decidẽdi, seu eas alij vel alijs idoneis modo, & forma prædictis, ac cũ simili, vel limitata potestate pariter audiendas & terminandas delegandi. Quascunque personas aduersus sententias res iudicatas, & contractus quoscunq; prout iuris fuerit in integrum restituendi, iuramenta quęcunq; ad effectum agendi dumtaxat quibuslibet relaxãdi, Ac quoscunque à quibusuis censuris & pœnis simpliciter vel ad cautelam prout iuris fuerit absoluendi. Adhæc quibusuis in ętate legitima constitutis, & aliàs idoneis sacerdotali militię ascribi volentibus, qui competenter beneficiati, & arctati fuerint, & ad omnes sacros etiam presbyteratus ordines à suo ordinario, vel cum eiusdem, aut vicarij sui testimonio à quocunque alio maluerint Catholico Antistite, gratiam & cõmunionem dictę Sedis habente extrà Romanam Curiam, & in propria Diœcesi residente, tribus etiam Dominicis vel alijs festis diebus extrà tempora à iure statuta ad sacros etiam presbyteratus ordines promoueri, & in illis promoti, etiam in altaris ministerio ministrare posśint, licentiam tribuendi. Et cum corpore vitiatis, dummodò in ijs tanta deformitas, quę scandalum in populum generet, aut vitium tale non sit, quod in sacris agendis prę stet impedimentum, vt pariter ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines promoueri, ac beneficium Ecclesiasticum, cũ cura vel sine cura', cuius tamen fructus redditus', & prouentus, quoad eos, qui nobiles vel graduati fuerint, Cẽtum, quò verò ad alios, Quinquaginta ducatorum auri de Camera secundum communem æstimationem valorem ãnuum non excedant si eis aliàs canonicè conferatur, aut eligantur, prę sententur vel aliàs assumãtur ad illud, & instituantur, in eo recipere, & retinere. Et super quocunque impedimento publicę honestatis, iustitię, vbi solùm sponsalia intercesserunt; vt matrimonium inter se contrahere, & in facie Ecclesię solẽnizare, ac postquàm contractũ

D 2 fuerit

fuerit in eo remanere, & etiam illis, qui huiusmodi impedimentis non obstantibus, illud aliàs tamen ritè iam contraxerint, etiã si carnali copula consummauerint, & prolem exinde susceperint, ipsos ab incestus reatu, ac etiã à Synodalibus censuris absoluendo, vt matrimonium de nouo inter se, dummodo propter hoc mulieres raptę non fuerint, contrahere, & ut pręmittitur solennizare ac pariter in eo remanere liberè, & licitè valeant, dispensandi, prolemq; exinde susceptam, & suscipiendam legitimam decernendi, atq; nuntiandi. Ac quibusuis personis Ecclesiasticis, secularibus, etiam pręsbyteris non tamen dignitates, aut parrochiales Ecclesias vel alia beneficia ecclesiastica personalem residentiam requirentia obtinentibus, vt leges & iura Ciuilia, etiam in vniuersitatibus studiorum generalium per quinquennium tantùm audire, & in illis studere, ac quoscunq; actus scholasticos exercere, & si reperti fuerint idonei doctoratus & alios gradus consuetos suscipere. Ac etiam quibusuis personis Ecclesiasticis beneficia Ecclesiastica secularia vel regularia in titulum vel commendam obtinentibus, illorum conditionem meliorem efficere volentibus, vt bona immobilia beneficiorum suorum in emphyteosim, non tamen perpetuam, nec vltrà tres generationes sub annuo canone seu censu quinq; ducatos auri non excedente in euidẽtem ipsorum beneficiorum vtilitatem alienare vel permutare possint licentiam concedendi, vel alienationes, vel permutationes huiusmodi vsq; ad dictam summã dumtaxat iam factas confirmandi, etiam cum iuris & facti defectuum suppletione, ita tamen quod concessio & confirmatio, ac totius negocij huiusmodi cognitio non minus quàm duobus delegatis coniunctim processuris, & seruata forma constitutionis felicis recordationis Pauli Papæ .ij. super rebus Ecclesię non alienandis in quinterno Cancellarię Apostolicę descriptę committatur. Propterea quascunq; monitorias, pœnalesq; litteras in forma Significauit consueta, contrà occultos & ignotos malefactores satisfacere, conscios verò reuelare differentes, seruata forma prędicti Concilij Tridentini, nec non constitutionis pię memorię Pij Papæ .v. prędecessoris nostri super hoc editę, & in Cãcellaria Apostolica

publicatę

publicatę concedendi; Nec non officium Tabellionatus, & Notariatus quibuscunq; personis idoneis recepto prius ab eis solito fi[illegible]itatis debito iuramento, & professione fidei iuxtà formam a Sede prędicta propositã expressè emissa & aliàs in forma solita concedendi, eosq; Notarios, & Tabelliones constituendi, Insuper naturales spurios manseres, bastardos, notos, & alios quoscunque ex illicito & damnato coitu procreatos copulatiuè vel disiunctiuè viuentibus, vel mortuis eo[illegible] parentibus legitimãdi & ad primęua legitima Naturę iurã & quoslibet actus legitimos restituendi, ita ut ad paternas & alias sucessiones quorumcunq; bonorum sine tamen pręiudicio venientium ab intestato vel ex fideicommisso, aut alia dispositione de iure valida admitti, & in illis succedere; eosdemq; vt etiam ad dignitates honores, gradus, & officia secularia publica & priuata recipi & admitti, illaq; gerere & exercere licitè valeant, ac si de legitimo matrimonio procreati essent, habiles & capaces constituẽdi; Ac quibusuis vtriusq; sexus personis Ecclesiasticis, & secularibus, quas ad loca Ecclesiastico interdicto, etiam Apostolica auctoritate prædicta suppolita declinare contigerit, vt in eis ianuis clausis non pulsatis campanis excommunicatis, & interdictis prorsus exclusis in sua domesticorumq; & familiarium suorum pręsẽtia dũmodo ipsi causam non dederint huiusmodi interdicto, nec cõtingat eos specialiter interdici celebrare, & celebrari facere; Ac etiam quibuscunq; personis non tamen regularibus sepulcrum Dominicum visitare volentibus. vt ad illud & alia loca pia Vltramarina absq; alicuius cẽsurę & pœne incursu accedere, dummodò aliqua prohibita non deferant, Ac vt Quadragesimalibus & alijs prohibitis temporibus & diebus ouis butyro caseo & alijs lacticinijs ac etiã carnibus de vtriusque medici consilio ac secreto & sine scandalo vti & vesci liberè & licitè valeant, concedendi; Necnon vota quæcunq; Vltramarina visitationis liminum beatorum Petri & Pauli Apostolorũ de Vrbe, S. Iacobi in Compostella, Castitatis & Religionis votis duntaxat exceptis, in alia pietatis opera commutandi; Postremò omnibus vtriusq; sexus Christi fidelibus ad pia & salutaria opera exercenda centũ aut plures dies citrà

annum,

annum, necnō verè pœnitentibus & confessis, qui quascunq; seculares vel regulares Ecclesias seu capellas in vna vel duabus āni festiuitatibus duntaxat à primis Vesperis vsq; ad secū das vesperas & occasū Solis cuiusq; diei festi visitauerint pro vnione Principū ac fidei Catholicę propagatione preces Altissimo effuderint, quo die festo id fecerint, septēānos & septē quadragenas aut infrà de iniunctis eis pœnitentijs seu quę meritò iniūgi deberēt, misericorditer in Domino relaxandi, Itaut relaxatio huiusmodi semel tantū pro vna Ecclesia vel capella fiat, & si pro duobus festis diebus cōcedatur, Trienniū, pro vno verò festo cōcessa quinquenniū nō excedat, sed vt cōcessiones, gratię & litteræ per te vigore pręsentiū concedēdæ sublatis obstaculis suum sortiantur effectū, quascunq; personas ad effectū duntaxat omniū & singulorū pręmissorū consequendū ab ōnibus, & quibuscunq; excōmunicationis suspēsionis & interdicti alijsq; Ecclesiasticis sentētijs cēsuris & pęnis à iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati fuerint, dūmodò in eis per annū non insorduerint, absoluēdi & absolutos fore cēsendi, vicesq; tuas in præmissis in toto vel in parte cōmittendi, Iudices, assistentes, Cōmissarios & executores pro prædictorū & literarū tuarum executione & obseruatione delegandi, Mandata prohibitiones, & monitoria etiam sub censuris & alijs pœnis prædictis cęterisq; bene visis remedijs etiam appellatione postposita decernendi, & exequendi, ac omnia & quæcunq; alia in præmissis & circa ea necessaria & opportuna faciendi, & decernendi, & exequendi etiam per alium seu alios auctoritate Apostolica tenore pręsentium plenam & liberam licentiam facultatem & auctoritatem concedimus, Decernentes te pręsentibus facultatibus & concessionibus etiam cum derogationibus suspensionibus indultis irritantibus alijsq; decretis & clausulis necessarijs & opportunis vti posse, ac in concessionibus gratijs & aliis dispositionibus per te auctoritate præsentium faciendis soli narratiuę tuæ ac etiam solis concessionibus & litteris tuis absque alia pręsentium insertione seu exhibitione aut Notarii testiumúe adhibitione stare nec ad id alterius probationis adminiculum requiri, sicq; per quoscunque

que

que Iudices ordinarios & delegatos etiam causarum palatij Apostolici Auditores ac Sanctę Romanę Ecclesię Cardinales, in quauis causa & instantia sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate vbiq; iudicari & definiri debere, irritumq; & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis ac quoruncunque aliorum Conciliorum vniuersalium Prouincialium & Synodalium necnon piæ memoriæ Bonifacij Papę viij. etiam prędecessoris nostri de vna & duabus dietis alijsq; Apostolicis constitutionibus, statutis quoque & consuetudinibus Ecclesiarum, Monasteriorum, vniuersitatum, Collegiorum, Ciuitatum, locorum ordinum & Congregationum quoruncunq; iuramento confirmatione Apostolica vel quauis firmitate alia roboratis etiam si de illis seruandis & de non impetrandis litteris Apostolicis contra illa & illis etiam ab alio vel alijs impetratis seu aliàs quouis modo concessis non vtendo personę pręstiterint eatenus vel in posterũ præstare contigerit iuramentum, alijsq; priuilegijs & indultis Apostolicis generalibus vel specialibus quoruncunque etiam Cistercien. & Cluniacen. Ordinum quę præmissis quouis modo obstare videantur, per quę pręsentibus non expressa vel omninò non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumq; totis tenoribus ad verbum habẽda sit in nostris tuisq; litteris mentio specialis, quæ quò ad hoc nullo modo cuiquam volumus suffragari. Quibus omnibus cæterisq; contrariisquibuscunque vti & quandò expediet secundum rei & casus exigentiam in genere vel in specie ac tam coniunctim quàm diuisim prout tibi placuerit valeas derogare ac super iis indulgere, Quodq; aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam & ad verbum de indulto huiusmodi mentionẽ. Volumus autem vt pręsentium transumptis manu Regentis Cancellariæ tuæ ac sigillo tuo obsignatis eadem illa prorsus fides in iudicio & extrà illud vbique locorum adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem pręsen-


tibus

tibus si essent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Marcum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo & octuagesimo sexto, v. kal. Augusti. Pontificatus Nostri anno II.

E. Dat.

Tho. Thom. Gualterutius.

A. de Alexijs.



SIXTVS
EPISCOPVS
SERVVS
SERVORVM
DEI.

Dilecto filio Dominico Tituli Sancti Laurentij in Pane, & Perna Presbytero Cardinali Pinello nuncupato in Prouincia nostra Romādiolę nostro & Apostolicę Sedis de Latere Legato.

Ac pro nobis & Sancta Romana Ecclesia Vicario in spiritualibus & temporalibus generali salutem & Apostolicam benedictionem.



V M regēdę vniuersalis Ecclesię onus humeris nostris impositum nitimur supportare, vsu ipso docemur, fines non posse humanę facultatis superare, & circa singula debitum munus absoluere Apostolicæ seruitutis, vt necesse aliquando sit ꝑ optima Dominici gregis nobis commissi gubernatione Sāctę Romanę Ecclesię Cardinales viros doctrina & virtute prędítos in partem huius sol

licitudinis assumere, quorũ vices nostras laudabili cooperatione subleuantium industria operis nostri ministerium facilius exequatur, Et licet vigilantiæ nostrę prospectum ad omnes Christiani orbis partes ex hac pastorali specula intendamus, ad prouincias tamen, & loca prędictæ Ecclesiæ spiritualia & temporalia subiecta eorumque populos nobis subditos tanquàm ad spirituales Ecclesię prædictę filios primum affectum propensius dirigimus, & vt nobis in vniuersalis Ecclesię regimine districtis illa per alios pacificè & tranquillè regantur prouidere studemus. Ad te igitur multis maximisq; virtutibus præditum nostrę mentis aciem conuertentes, eam de fide & prudentia tua iam concepimus spem, quod Deo optimo consiliorum tuorum auctore scies, voles, & poteris populos ipsos iustitię frœno moderari, pacis bono augere, transgredientes corrigere, & quęcunque ad nostrum & prædictę Ecclesię statum pertinentia fœliciter exercere. Habita itaq; cum venerabilibus Fratribus nostris eiusdem sanctæ Romanæ Ecclesię Cardinalibus deliberatione matura, te in prouincia nostra Romandiolę nostrum & Apostolicę Sedis de Latere Legatum, ac pro nobis & ipsa Ecclesia Vicarium in spiritualibus, & temporalibus generalem vsq; ad nostrũ & dictę Sedis beneplacitum, auctoritate Apostolica tenore pręsentium constituimus & deputamus, tibiq; plenam, & liberam potestatem auctoritatem & facultatem concedimus, nostro & dictæ Ecclesię nomine Prouinciam, Ciuitates, Terras, Castra, & loca prædicta, necnon Ciues, habitatores, incolas, & personas eiusdem cuiuscunque dignitatis, nobilitatis, status, gradus & conditionis fuerint recipiendi, regendi & administrandi, ac pro tua prudentia moderandi, homagia & fidelitatis iuraměta nostro & dictę Ecclesię nomine recipiendi, causas omnes ciuiles criminales & mixtas fori secularis & prophani intrà terminos tuæ Legationis, & Vicariatus huiusmodi tã primæ instantię, quàm etiam appellationum quarumcunq; quæ ad te quouis modo interponentur in Prouincia Ciuitatibus Terris Castris, & locis prædictis per te vel alium seu alios etiã summariè simpliciter & de plano sine strepitu, & figura iudicij audiendi, & etiam manu Regia, prout causarum quali-

tas

24

eas exegerit, decidendi, aut alij vel alijs coniunctim vel diuisim, ac generaliter vel specialiter intrà terminos Legationis, & Vicariatus huiusmodi cum simili, aut limitata potestate,& aliàs,ac prout tibi videbitur cõmittendi & ad te, cùm id tibi expedire videbitur,à quibuscunq; iudicibus ordinarijs vel delegatis aduocandi & pariter illas audiendi & terminandi, seu & alij, vel alijs delegandi, omnes & singulos cuiuscunque excellentię, nobilitatis, prȩeminentiæ, auctoritatis, status, gradus, ordinis, & conditionis quos iustitia suadente, puniendos cognoueris, puniendi & castigandi, eosque suis dignitatibus honoribus,Comitatibus, Terris, Castris, locis, feudis, retro feudis, Vicariatibus, officijs,iurisdictionibus,gradibus, iuribus, rebus, & bonis omnibus priuandi, & destituendi, eaque omnia prout tibi videbitur Camerę Apostolicę confiscandi, applicandi, & incorporandi, In Prouincia, Ciuitatibus, Terris,Castris & locis Legationis, & Vicariatus huiusmodi nobis mediatè vel immediatè subiectis, eisq; singulis Capitaneos Vexilliferos, Vicecomites, & alios temporales huiusmodi officiales hactenus deputatos quocunque nomine nuncupentur,ab eorum officijs cùm expedire videbitur etiam manu simili suspendendi, priuandi, deponendi, & amouendi, alios illorum loco fideles tamen, & idoneos constituendi, Necnõ culpabiles ciuiliter, & criminaliter per te vel alium seu alios, & in quibuscunque locis & Terris prouincię Ciuitatum & locorum prędictorum ac etiam feudatariorũ aliorumq; dominorum Nos, & Sedem prędictam quouis modo recognoscentium capiendi, & si prędicti feudatarij culpę obnoxios vel cõsortes dare noluerint, quiúe asylias, siue franchitias vbicunque &quomodocunque habuerint,aut curię sese opposuerint, quenquam illius lęserint, cętumue aut concursum armatorum fecerint, exulibus, bannitis, & facinorosis fauerint, illis, & sub pœna rebellionis, & amissionis eorum status, & domi nij tam vtilis quàm directi percipiendi, illosq; iuxtà ipsorum demerita, etiam manu Regia, & quauis appellatione reiecta procedendo puniendi, eorum arces Castra, munitiones, Palatia, domos, & ędificia omnia destruendi disijciendi & funditus euertendi. In his quoq; ac etiam in alijs quibuscunque cri-

minibus

minibus grauioribus delinquentiũ consanguineos etiam vsq; ad quartum gradum ad cauendum de non offendendo, & alijs vti expedierit propositis etiam pœnis tuo arbitrio compellẽdi, querelas contrà illos per quoscunq; propositas, & proponendas, prout tibi videbitur expedire, ac etiam summariè simpliciter, & alijs vt pręfertur audiendi, mulctas siue emendas & satisfactiones debitas decernendi, ac prædictæ Camerę applicandi, Inter Comites, Barones, Dominos temporales, nobiles & personas, necnon Communitates, Vniuersitates, & populos, ac omnes alios discordes, & dissidentes infrà terminos Legationis & Vicariatus tui huiusmodi, ac etiam inter quoscunque alios dominos temporales, & alias Vniuersitates & personas pro statu & honore eiusdem Ecclesię, ac in confusionem hostium & rebellium ipsius sub pactis cõditionibus modis & pœnis de quibus tibi videbitur expedire, pacem, concordiam & indicias faciendi, tractandi, & confirmandi, ipsosque ad eorum obseruationem sub quibuscũque pœnis sententijs & censuris, de quibus tibi videbitur, etiam compellendi, super quibuscunque homicidijs, rebellionibus, alijsq; excessibus, & delictis per quascunque Vniuersitates, & singulares personas tuæ iurisdictionis huiusmodi commissis hucusq; & Legationis tuæ tempore committendis componẽdi & concordandi, ac processus sententias & decreta quæcunq; siue tota siue in partem cassandi & annullandi, humiliterq; petentes homicidas & alios delinquentes prædictos pro pace & tranquillitate Ciuitatum, locorum, hominumq; prædictorum, ac etiam offensorum, & hęredum occisorum satisfactione, & alijs ex quacunque causa, quę tibi videbitur, absoluendi & liberandi, infamiam & aliam inhabilitatem ab eis abolendi, eosque ad patriam, honores & bona nõ tamen fisco incorporata, necnon in pristinũ in quo anteà erant statum, nostramq; & ipsius Sedis gratiam & obedientiã reducẽdi & restituendi, & reintegrandi, excessus, pœnas & mulctas prout ad publicum spectare dignoscetur remittendi. Adhæc fœdera pactiones conuentiones associationes & factiones cuiuscunque modi contrà dictam Ecclesiam, vel contrà bonum pacis & statum illarum partium pacificũ siue in præiudicium siue damnum prouinciæ

uincię Ciuitatum Terrarum Castrorum & locorum prędicto-
rum ac Ciuium incolarum & habitatorum eorundē per quos-
cunque factas & faciendas irritandi, Pœnas in illis adiectas
& adijciendas remittendi, iuramenta præstita relaxandi, occu-
pata indebitè, & detenta recuperandi; Iniustè eiectos & ex-
pulsos à locis rebus bonis, & iuribus suis quibuscunque vel
illis iniquè priuatos ad loca res & bona ac iura eorum pro-
pria reuocandi restituendi & reintegrandi, Generales & par-
ticulares exercitus in auxilium prędictę Ecclesię & pro tuitio-
ne status pacifici partium tuo regimini, vt pręmittitur, com-
missarum, ac nobis & dictę Ecclesię subiectarū contrà quos-
cunque eiusdem Ecclesię hostes rebelles & inobedientes, ac
status huiusmodi perturbatores, quandocunq; & quotiescun-
que, & ex quauis causa, quę tibi videbitur colligendi facien-
di, & congregandi; Pręsidia quorumcunque Vicariorum di-
ctę Ecclesiæ subiectorum ad huiusmodi exercitus, ac Milita-
ria, & quęcunq; alia seruitia per eos aut aliquem ipsorum de-
bita, & debenda tam realia quàm personalia, quoties opus es-
se cognoueris requirendi, & conuocandi, Hostes quoq; & re-
belles, ac contradictores quoslibet per amotionis priuationis
depositionis relegationis, & proscriptionis perpetuę vel tem-
poralis sententias sublato cuiusuis appellationis obstaculo
compescendi, Parlamenta generalia & particularia in locis
tuorum Legationis & Vicariatus huiusmodi, quotiescunq; &
quandocunq; pro statu & honore nostro & prædictæ Ecclesiæ,
ac pace & tranquillitate prouinciæ Ciuitatum Terrarum Ca-
strorum, & locorum tibi commissorum prædictorum tibi vi-
debitur expedire statuendi & conuocandi. Omnia pręterea,
& singula alia tuis huiusmodi Legatione, & Vicariatu duran-
tibus gerendi, exercendi, ordinandi, terminandi, & execu-
tioni demandandi, quæ ad huiusmodi Legationis, & Vica-
riatus officium, de Iure vel consuetudine pertinent, & ad no-
strum dictæq; Sedis honorem, ac statum pacificum & trāquil-
lum Prouinciæ Ciuitatum Terrarum Castrorum, & locorum
tuo regimini commissorum prædictorum vtilia esse perspexe
ris, & quomodolibet opportuna. Non obstantibus constitu-
tionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac prouinciæ Ciuita-
tum



tum Terrarum Castrorum, & locorum prædictorum etiam exemptorum, ac etiam Sanctę Romanę Ecclesię, & Sedi prædictis immediatè subiectorum, Iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & cõsuetudinibus, priuilegijs quoque, exemptionibus, indultis, & litteris Apostolicis illis vniuersis & singulis per quoscunq; Romanos Pontifices prędecessores nostros, ac nos & Sedem prædictam, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicę potestatis plenitudine, & aliàs sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs alijsq; fortioribus efficacioribus efficacissimis & insolitis clausulis, irritantibusq; & alijs decretis in genere & in specie, ac quotiescunque concessis confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumq; totis tenoribus specialis specifica expressa & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quęuis alia expressio habenda foret, & in eis caueatur exprẹssè, quod illis nullatenus, aut non nisi certis inibi expressis modis & formis derogari possit, illorum tenores, ac si ad verbum insererentur prẹsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus ceterisq; contrarijs quibuscunque. Nos enim processus sententias censuras, & pœnas, quos & quas per te vel alium seu alios à te deputandos infligi, & promulgari, ac omnia alia, quę per te in præmissis exequi ritè contigerit, rata habebimus illaq; faciemus auctore Domino vsq; ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. Vt autem valeas prędicta omnia plenius, vtiliusq; exercere, vniuersis, & singulis Rectoribus Vicerectoribus Potestatibus Capitaneis Marescallis Beneficiarijs, & alijs ad nostra & prędictę Ecclesię stipendia militantibus ceterisq; Officialibus prẹsentibus & futuris necnon quibuscunque Communitatibus & particularibus personis dictę tuę Legationis & Vicariatus cuiuscunq; dignitatis status gradus ordinis & conditionis existant, prædicta auctoritate mandamus, vt tibi & deputatis à te Legationis & Vicariatus tui huiusmodi officio durante, iuxtà tibi concessam facultatem omnino

parere,

parere, & intendere, necnon mandata tua cum omni reuerentia suscipere exequi, & adimplere procurent. Tu igitur, fili dilecte, diuina gratia, & Apostolico fauore suffultus, hoc tibi impositum onus cum gratia nostrę benedictionis suscipiens, illud sic strenuè exequare, quod ex fructuosis laboribus tuis cœlesti gratia tibi fauente sperati fructus aduenian, tu'q; pręter humanæ laudis præconium, illam, quæ pias causas gerentibus pro retributione rependitur, palmam gloriæ consequi merearis. Volumus insuper, vt durante tua Legatione absq; alio nostro, seu Cameræ nostræ mandato tuam, & Officialiũ, ac Ministrorum tuorum prouisionem à Thesaurario nostræ prouinciæ huiusmodi percipere possis, omni exceptione cessante. Ac etiam volumus, vt pręsentium transumptis Notarij publici manu & sigillo tuo obsignatis eadem illa prorsus fides vbiq; in iudicio, & extrà illud adhibeatur, quę adhiberetur eisdem pręsentibus si forent exhibitę vel ostensę. Dat. Romę apud Sanctũ Marcum, Anno Incarnationis Dominicę Millesimo quingentesimo octuagesimo sexto, Quinto kal. Augusti, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

E. Dat.

Tho. Thom. Gualterutius

A. de Alexijs

Registrata apud Thom. Secretarium.

SIXTVS
PP. V.

Dilecto filio nostro Dominico tituli S. Laurentij in Pane, & Perna presbytero Cardinali Pinello nuncupato nostro, & Apostolicæ Sedis in Prouincia Romandiolæ de Latere Legato.



ILECTE fili noster salutem & Apostolicam benedictionem. Quò facilius delinquentium, & temerariorũ audaciam comprimere, ac Prouinciam Romandiolę in pacis & Iustitię amenitate gubernare valeas, Tibi, vt per te vel Auditorem, seu Auditores tuos, aut Locatenentes, causas tam ciuiles quàm criminales, audire, diffinire, decidere, terminare, illasq; debitę executioni demandare possis, vtq; in quibuscunq; Ciuitatibus, Terris, & locis sub tua Legatione comprehensis quoscunque Baricellos, Satellites, Communitates, Vniuersitates ac Iuras, & battaglias vt vocant, necnon Dominos temporales, & quosuis alios cuiuscunque dignitatis conditionis, status, gradus, & ordinis etiam Comitalis, Marchionalis, & Ducalis fuerint commonefaciendi, ac in tui, & Ministrorum tuorum auxilium in prosecutione homicidarum, bannitorum, perduellium, atq; aliorum delinquentium, eorumque receptatorũ, fautorum, adhęrentium sub pœnis in literis nostris cõtrà homicidas, eorumq; fautores emanatis conuocandi, & homicidas, bannitos, & alios facinorosos prędictos capi, & carcerari faciendi, & eos sic

ciptos summariè, simpliciter, & de plano manu regia, absq;
aliqua tela iudiciaria, & iuris ordine minimè seruato sine in-
dicijs saltem legitimis etiā denegatis defensionibus torque-
ri, suspendi, & alijs vltimi supplicij pœnis affici faciendi, nec-
non sententias, etiam in contumaciam, & vltimi supplicij pœ-
nam in se continentes ab alijs Iudicibus latas, & promulga-
tas exequi mandandi, & homicidarum bannitorum perduel-
lium, eorumq; receptatorum, fautorum, adhærentium, & alio-
rum facinorosorum hominū etiam cuiusuis dignitatis, etiam
Comitalis, Marchionalis, & Ducalis, vt præfertur existen-
tium, Terras, oppida, castra, casalia, vineas, possessiones, &
alia huiusmodi generis bona, etiam si communia cum alijs
confiscandi, Castra, ædes, domos, Fortalitia demoliendi,
& solo ęquandi, ac Communitates, & Vniuersitates Ci-
uitatum Terrarum & locorum vbi bona huiusmodi erunt,
ad huiusmodi bona confiscata emendum, & alia in præ-
missis omnibus, & vnoquoq; eorum tuo libero arbitrio
in omnibus & per omnia cogendi, & compellendi, quibus-
cunque reclamationibus, protestationibus, appellationibus, &
alijs subterfugijs prorsus remotis cessantibus, & postpositis,
ita ut prætextu non legitimę sentētiæ aut aliàs quomodolibet
præmissorum occasione vnquam impediri, molestari, vexari,
inquietari vel perturbari tu, tuiq; ministri nequeatis, aucto-
ritate Apostolica tenore pręsentium licentiam facultatem, &
auctoritatem concedimus, ac vt dictas nostras literas ab om-
nibus inuiolabiliter obseruari procures præcipimus. Non ob-
stantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac
priuilegijs indultis, exemptionibus, & immunitatibus cæte-
risq; incontrarium facientibus quibuscunq; . Volumus autem
quod Communitates, & Vniuersitates prædictæ pro redemp-
tione bonorum, quæ coactè ement contrà consanguineos, &
affines gradatim tamē vsq; ad quartum gradum bannitorum
& delinquentium prædictorū agere possint. Dat. Romę apud
S. Marcū sub annulo Piscatoris die xxx. Iulij M.D.LXXXVI.
Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Tho: Thom. Gualterutius

SIXTVS
PP. V.

Dilecto filio Dominico Tituli Sancti Laurentij in Pane, & Perna Presbytero Cardinali Pinello nuncupato nostro, & Aposto lice Sedis in Prouincia Roman diolæ de Latere Legato.



ILECTE fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem. Licet omnes hominum actiones à recto Iustitię tramite non declinare pro nostra pastorali sollicitudine ꝑcupiamus, eorum tamen, quibus alijs præsidendi facultas data est, si vita, & mores à rectitudine deflectant, tantò in eos seuerius animaduertendũ censemus, quantò plures eorum exemplo ad illicita pertrahuntur. Itaq; mittentes te in Prouinciam nostram Romandiolæ nostrum, & Apostolicæ Sedis de Latere Legatum, Tibi vltrà alias facultates à nobis hac occasione concessas, vt contrà quoscunq; Gubernatores & alios officiales Ciuitatum, Terrarum, & locorum dictæ Prouinciæ pro tẽpore existentes etiam in dignitate Ecclesiastica, ac sacris etiam Presbyteratus ordinibus cõstitutos super eorum malè gestis inquirendi, ac summariè, simpliciter, & de plano sola facti veritate inspecta, & manu regia, etiam absq; inditijs contrà eos procedendi, eosq; pœnis tibi

tibi beneuisis etiam vltimi supplicij plenam, & liberam au-
ctoritate Apostolica tenore presentium facultatẽ cõcedimus.
Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Aposto-
licis, ac priuilegijs indultis, & literis Apostolicis quomodo-
libet concessis, & confirmatis, cęterisq; contrarijs quibuscun
que. Dat. Romę apud S. Marcum sub annulo piscatoris die
xxx. Iulij M.DLXXXVI. Pont. Nostri Anno Secundo.

Tho. Thom. Gualterutius

SIXTVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.

Dilecto filio Dominico tituli Sancti Laurentij in Pane, & Perna presbytero Cardinali Pinello nuncupato Salutem & Apostolicam benedictionem.



D personam tuam, quam Diuina clementia magnis illustrauit muneribus gratiarum, paternę dirigentes considerationis intuitum, & attentè prospicientes, quod tu Romanam Ecclesiam, cuius honorabile membrum existis, tuorum honoras plenius magnitudine meritorum, dignum quin potius debitum reputamus, vt illam tibi reperias in exhibitione gratiarum munificam, & in tuis opportunitatibus liberalem. Cùm itaq; sicut accepimus Archipresbyteratus Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe, quem bonæ memoriæ Decius tituli Sancti Matthęi in Merulana presbyter Cardinalis Azzolinus nuncupatus ex concessione & dispensatione Apostolica in commendam ad sui vitam, dum viueret obtinebat, commenda huius-

modi per obitum dicti Decij Cardinalis qui nuper apud Sedem Apostolicam debitum naturę persoluit, cessante adhuc eo quo ante commendam ipsam vacabat, modò vacauerit & vacet ad præsens: Nos tibi vt statum tuum iuxtà Cardinalatus sublimitatem decentius tenere valeas, de alicuius subuentionis auxilio prouidere ac prę missorum meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes; Necnon verum & vltimum dicti Archipresbyteratus vacationis modum etiam si ex illo quęuis generalis reseruatio etiam in corpore iuris clausa resultet, pręsentibus pro expresso habentes, Motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblatę petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate Archipresbyteratum prædictum, qui inibi dignitas principalis existit, ac cuius, & illi forsan annexorum fructus redditus & prouentus trecentorum ducatorum auri de Camera secundū communē æstimationem valorem annuum, vt accepimus nō excedunt, Quouis modo & ex cuiuscunq; persona seu per liberam resignationē cuiusuis de illo in Romana curia vel extrà eam, etiam coràm Notario publico & testibus sponte factā autē assecutionē alterius beneficij Ecclesiastici quauis auctoritate collati vacet, etiam si tāto tempore vacauerit, quod eius collatio iuxtà Lateranensia statuta Cōcilij ad Sedem prędictam legitimè deuoluta, ipseq; Archipresbyteratus dispositioni Apostolicę specialiter reseruatus existat, eiq; cura etiā Iurisdictionalis immineat animarum; super eo quoque inter aliquos lis, cuius statum pręsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodò tempore datarū pręsentium non sit in eo alicui specialiter ius quęsitum, cum annexis huiusmodi, ac omnibus iuribus & pertinentijs suis tibi per te quoad vixeris, etiam vnà cum Sancti Laurentij in Pane & Perna quę titulus tui Cardinalatus existit, & quibusuis alijs etiam Cathedralibus & Metropolitanis Ecclesijs, necnon Monasterijs etiam Consistorialibus, Prioratibus etiam Conuentualibus, Pręposituris, Præpositatibus, Pręceptorijs, Hospitalibus, dignitatibus etiam Maioribus & principalibus, Personatibus, administrationibus, & Officijs etiam si ad illa consueuerint qui per electionem assumi eisq; cura immineat ani-

marum

marum, cęterisq; beneficijs Ecclesiasticis cum cura & sine cura secularibus & quorumuis Ordinum regularibus & quomodolibet qualificatis, quę ex quibusuis concessionibus & dispēsationibus Apostolicis in titulum commendam & administrationem, & aliàs quomodolibet obtines & obtinebis, quæcunque, quotcunque, & qualiacunque sint, necnon quibusuis fructibus redditibus & prouentibus Ecclesiasticis loco pensionum annuarum ac pensionibus annuis super similibus fructibus redditibus & prouentibus tibi reseruatis & assignatis, ac reseruandis & assignandis, quos & quas percipis & percipies in futurum, tenendum, regendum, & gubernandum. Ita quod liceat tibi debitis & consuetis dicti Archipresbyteratus supportatis oneribus de residuis illius fructibus redditibus & prouentibus disponere & ordinare, sicuti dictum Archipresbyteratum in titulum pro tempore obtinentes de illis disponere & ordinare potuerunt, seu etiam debuerunt; Alienatione tamen quorumcunque illius bonorum immobilium & præciosorum mobilium tibi penitus interdicta, auctoritate Apostolica commendamus. Quocirca venerabili fratri nostro Episcopo Amerinē. & dilectis filijs Ioanni Tadęi, & Curtio Cinquino dictę Ecclesiæ Sanctę Marię Maioris Canonicis per Apostolica scripta Motu simili mandamus, quatenus ipsi vel duo aut vnus eorū per se vel alium seu alios, te vel procuratorem tuum nomine tuo in corporalem possessionem Archipresbyteratus & annexorum iuriumq; & pertinentiarum prędictorum inducant auctoritate nostra, & defendant inductum. Amoto exinde quolibet illicito detentore, facientes te vel pro te procuratorem prædictum ad Archipresbyteratum huiusmodi, vt est moris, admitti, tibiq; de illius & annexorum eorundem fructibus redditibus prouentibus iuribus & obuentionibus vniuersis integrè responderi. Contradictores dicta auctoritate nostra appellatione postposita compescendo; Non obstantibus pię memoriæ Bonifacij Papę viij. etiam prędecessoris nostri, & Lateranensis Concilij, quo cauetur, quod beneficia Ecclesiastica, quorum fructus redditus & prouentus ducentorum ducatorum auri de Camera secundùm eandem ęstimationem valorem annuū non attingūt

Sanctæ

Sanctę Romanę Ecclesię Cardinalibus commendari non possint, & quibusuis alijs constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ac dictæ Ecclesię Sanctæ Mariæ Maioris, Iuramento confirmatione Apostolica vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis dilectis filijs Populo Romano tā per nos quàm Romanos Pontifices prędecessores nostros iteratis vicibus concessis approbatis & confirmatis, illis pręsertim, quibus inter alia caueri dicitur expressè, quod dignitates & alia beneficia dictę Vrbis alijs quàm Ciuibus Romanis originarijs & filijs Romanorum Ciuium originariorū conferri seu cōmendari non possint, & aliàs pro tempore factę collationes seu commendæ nullius sint roboris vel momenti. Quibus omnibus illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expressè derogamus, Quodq; tu Ciuis Romanus originarius, aut Ciuis Romani originarij filius non sis contrarijs quibuscunque. Aut si aliqui super prouisionibus seu commendis sibi faciendis de dignitatibus dictæ Ecclesiæ sanctę Mariæ Maioris speciales vel alijs beneficijs Ecclesiasticis in dicta Vrbe generales dictę Sedis vel Legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem reseruationem & decretum vel aliàs quomodolibet sit processum, Quibus omnibus te in assecutione dicti Archipresbyteratus volumus anteferri. Sed nullum per hoc eis quo ad assecutionem dignitatum seu beneficiorum aliorum pręiudicium generari. seu si dilectis filijs Capitulo dictæ Ecclesiæ Sanctæ Marię Maioris vel quibusuis alijs communiter vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod ad receptionem vel prouisionem alicuius minimè teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici suspendi vel excommunicari non possint. Quodq; de dignitatibus dictę Ecclesiæ Sanctæ Marię Maioris vel alijs beneficijs Ecclesiasticis ad eorum collationem prouisionem præsentationem seu quamuis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat prouideri per litteras Apostolicas nō facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, Et qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunq; tenoris

exiſtat

existat, per quam pręsentibus nō expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratiæ impediri valeat, quomodolibet vel differri, Et de qua cuiusq; toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Prouiso quod propter huiusmodi nostrā commēdam dictus Archipresbyteratus debitis nō fraudetur obsequijs,& animarum cura, si qua illi immineat,nullatenus negligatur, sed eius congruè supportentur onera consueta. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostrę commendę,mandati,derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare pręsumpserit,indignationē Omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorū eius se nouerit incursurum. Dat.Romę apud Sanctū Marcum, Anno Incarnationis Dominicę Millesimo quingentesimo octuagesimo septimo, Idibus Octobris, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Alex. Ruspoli.

Alexius de Alexijs.

Registrata in Secretaria Apostolica.

SIXTVS PP. V.

Dilecto filio nostro Dominico Tituli S. Laurentij in Pane, & Perna Presbytero Cardinali Pinello nuncupato Pontificię Clasis nostro, & Apostolicę Sedis de Latere Legato.



ILECTE fili noster salutem & Apostolicam benedictionem. Cùm nos sub die vij. huius mensis in Consistorio nostro secreto de venerabilium Fratrum nostrorum consilio, pariter & assensu, Te Pontificiæ Clasis nostrum & Apostolicę Sedis de Latere Legatum ad nostrum, & ad eiusdem Sedis beneplacitum creauerimus, & deputauerimus, cum omnibus, & singulis priuilegijs, & facultatibus necessarijs & opportunis, & quæ alij Legati in similibus habuere, prout latius in litteris propediem expediendis continebitur; Vt autem ad expeditionem eorum, quę pro paranda, instruendaq; Classe huiusmodi necessaria erunt, qñtò citius, & celerius fieri poterit, deuenire valeas, Tibi vt Legatione tua huiusmodi durante possis, prout tibi expedire videbitur, Locumtenentem generalem, ac Capitaneos, Officiales, & ministros quoscunq; in dicta Classe deputare, ac deputatos reuocare, & alios eorum loco subrogare, aliaq; omnia & singula, quę ad Clasis eiusdem gubernium & regimen pertinent, quæq; cęteri dictæ Clasis Lagati facere, & exercere soliti sunt & potuerunt, ac debuerunt pariter facere, gerere & exercere;

H Necnon

Necnon communitates, & Vniuersitates quascunque aliasque cuiuscunque status, ordinis, & conditionis existentes personas, etiam clericos etiam capitula quęcunque Ecclesiarum ad soluendum subsidium dictæ Classis tam hucusq; debitum, & non solutum, quàm deinceps debendum, & decurrendum etiam manu Regia, & sine tela, & figura iudicij, omnibusque iuris & facti remedijs opportunis cogere, & compellere, ac etiam per litteras priuatas Ciuitatum & locorum quorumcũque Gubernatoribus, Prętoribus & Iusdicentibus quęcunq; circa pręmissa necessaria fuerint, mandare facultatem, auctoritate Apostolica per pręsentes impartimur. Non obstãtibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis statutis, & consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apostolica roboratis cęterisq; contrarijs quibuscunque. Dat. Romæ in Monte Quirinali sub annulo piscatoris die x. Maij M. D. LXXXX. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

M. Vestrius Barbianus.

10

VRBANVS
PP. VII.

Dilecto filio nostro Dominico tituli Sancti Laurentij in Pane, & Perna presbytero Cardinali Pinello nuncupato.



ILECTE fili noster salutẽ, & Apostolicam benedict. Cùm dilectus filius noster Alexãder Cardinalis Montaltus nuncupatus Congregationi pro consultationibus negotiorum status Ecclesiastici, cui sub fe: rec: Sixto Papa v. prędecessore nostro, pręter alia sibi tunc incumbentia munera pręerat, aliquibus iustis, vt nobis exposuit, de causis impeditus commodè vacare minimè possit; Nos ne huiusmodi negotiorum expeditiones aliqua hoc tempore detrimenta sustineant, tua opera, de cuius fide prudentia atq; solertia plurimùm in Domino confidimus, in huiusmodi munere vti decreuimus. Itaq; tibi, qui vnus ex sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus in dicta Congregatione deputatis existis, vt vnà cum eisdem Cardinalibus in dicta Cõgregatione deputatis, prout hactenus fecisti, consultationes, dubitationes, seu querelas quorũcunq; ditioni nostræ temporali subiectorum, ad nos confluentes super causis tam ciuilibus, quàm criminalibus ad forum seculare duntaxat spectantes audire, & statis diebus cum dictis Cardinalibus conferre, & de maioris partis sententia expedire, necnon sub ijs, quę in dicta Congregatione de sententia maioris partis, vt pręfertur, decreta & definita fuerint, literas nostro nomine ad Pro-

uinciarum

uinciarum Legatos, & Vicelegatos, Ciuitatum Gubernatores, & alios Terrarum, & Oppidorum quocunque nomine vocentur, Magistratus, & Officiales in statu & ditione temporali nostra, & Sedis Apostolicę nunc, & pro tempore constitutos, necnon responsa, ac mandata nostra illis, & alijs etiam priuatis personis, quibus opus fuerit, scribere valeas, ac debeas, & quod litteris tuis eadem prorsus fides adhibeatur, quę adhiberetur, si nostra manu scriptę essent, auctoritate Apostolica plenam & liberam facultatem concedimus, ac tenore pręsentium iniungimus, contrarijs non obstantibus qubuscunque. Dat. Romę apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xx. Septembris. M. D. LXXXX. Suscepti à nobis Apostolatus Officij Anno Primo.

M. Vestrius Barbianus.

GREGORIVS PAPA XIIII.

Dilecto filio nostro Dominico tituli Sancti Laurentij in Pane, & Perna presbytero Cardinali Pinello nuncupato.



ILECTE fili noster, Salutem & Apostolicam benedictionē. Cùm proximis mensibus Sanctæ mem. Vrbanus PP. vij. prędecessor noster ex eo, quod dilectus filius noster Alexander Cardinalis Montaltus Congregationi ꝑ consultationibus negotiorum status Ecclesiastici, cui sub fœl. record. Sixti PP. v. pręter alia sibi incumbentia munera pręerat, aliquibus iustis, vt idem Vrbano tunc exposuit, de causis commodè vacare non poterat; Ne huiusmodi negotiorum expeditiones aliqua detrimenta sustinerent, tua opera, de cuius fide & prudentia, & in rebus agendis experiētia, quibus pręstas, plurimùm confidebat in huiusmodi munere vti decreuerat. Itaq; tiqi, qui vnus ex Sanctę Romanę Ecclesiæ Cardinalibus in dicta Cōgregatione deputatis existis, vt de cætero vnà cum eisdem Cardinalibus in dicta Congregatione deputatis, prout anteà faciebas, consultationes, dubitationes, seu querelas quorumcunque ditioni temporali status Ecclesiastici subiectorum ad Romanam Curiam confluētes super causis tam ciuilibus; quàm criminalibus ad forum seculare dumtaxat spectantes audire, & statutis diebus cum dictis Cardinalibus conferre, & de maioris partis sententia ex-

pedire, necnon super ijs, quę in dicta Congregatione de sententia maioris partis, vt pręfertur, decreta, & definita fuerũt, litteras eiusdem Vrbani nomine ad Prouinciarum Legatos, & Vicelegatos, Ciuitatum Gubernatores, & alios terrarũ, & Oppidorum quocunq; nomine vocentur, Magistratus, & officiales in statu & ditione temporali eadem nunc, & pro tempore constitutos, necnon responsa, ac mandata sua illis, & alijs etiam priuatis personis, quibus opus fuerit scribere valeres, & deberes, & quod litteris tuis eadem prorsus fides adhiberetur, quę adhibita fuisset, si manu sua subscriptę essent auctoritate Apostolica plenam & liberam facultatem cõcessit, ac iniũxit, prout in suis in forma Breuis confectis litteris sub die xx. Septembris. M. D. LXXXX. plenius cõtinetur. Nos eorundem meritorum tuorum præstantia adducti, vt adhuc subditorum nostrorum negotia, quę quotidiana expeditione indigent, in suspenso non sint, sed vt necessitas, & iustitia postulat, debito fine terminentur, deputationem, & concessionem huiusmodi de persona tua ad pręmissa omnia, & singula, vt pręfertur, factam auctoritate Apostolica de nouo confirmamus, & approbamus, tibiq; vt in supradicta Congregatione consultationes pręedictas pręedictorũ negotiorum totius status temporalis Ecclesiastici ad supradictas duntaxat causas spectantibus audire, cum Cardinalibus conferre, & de sententia maioris partis expedire, litterasq; super ijs, quę definita fuerint, ad Prouinciarum Legatos, & Vicelegatos, Ciuitatumq; & locorum Gubernatores, & alios quoscunq; superius expressos, nunc & pro tempore constitutos, necnon mandata nostra & Sedis Apostolicę illis & alijs, quibus opus fuerit in omnibus, & per omnia, vt pręfertur, scribere valeas, & debeas, & quod litteris tuis eadem prorsus fides adhibeatur, quę adhiberetur, si nostra manu subscriptę essent, eadem auctoritate plenam & liberam facultatem concedimus, & tenore pręsentium iniungimus, contrarijs non obstantibus quibuscunq; Datum Romę apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris. Die x. Decembris M. D. LXXXX. Pont. Nostri Anno Primo.

M. Vestrius Barbianus.

REVEREN.MO

IN CRISTO PATRI,

ILLVSTRISSIMOQVE PRINCIPI ac Domino, D. Cardinali Pinello, Domino ac Protectori nostro Colendissimo.



Euerendissime in Christo Pater, Illustrissimeque Princeps ac Domine Protector, Illustriss. ac Reuerendissimæ D. Vestræ obsequia nostra offerimus quæq; promptissima. Quod aliàs superioribus temporibus Illustrissima & Reuerendissima D.V. gentis & Nationis nostrę protectionis munus onusq; adeò libenter in se susceperit, tum etiam Illustrissimo & Reuerendissimo Domino D. Card. Sfondrato Roma discedens hoc negotium, omnesque res nostras fideliter commiserit, prout ex ipsius perhumanis litteris videre nobis licuit, maxima nos perfudit lætitia: tum quod inde amorem & sollicitudinem optimam, qua nos resq; nostras hucusque complecti solebat, tantò perspectiorem habuerimus; tum quod ab ipso Domino Cardinali, quem sibi in hoc substituit, tanquàm à Principe optimo itidem nobis sperandum sit, non obscurum argumentum ipsa Illustrissima & Reuerendissima D. V. nobis dederit, quod & aliunde iam perspeximus. Gratias ergo illi agimus deuotissimas, obnixè rogantes, quatenus in cœpto pergere, nos nostraq; negotia vti hactenus amando & protegendo prosequi

non

non desistere dignetur. Ex quo nobis perpetuum relinquetur studium, omni quoad fieri potest officiorum genere, condignaque gratitudine erga Illustrissimam & Reuerendissimā D.V. talia promerendi, Deumq; Opt.Max.pro eius longæua valetudine supplicandi. Datæ nostroq; omniū nomine charissimorum confœderatorum, & confratrum nostrorum Lucernensium Ciuitatis sigillo secreto communitæ. Die xvj. Aprilis M. D. LXXXXI.

Illustriss. & Reuerendiss. D. Vestræ

Obsequiosissimi.

Sculteti, Ammani, & Senatus septem Canthonum Heluetiorum Catholicorū, Lucernæ, Vraniæ, Suitiæ, Subsyluaniæ, Tugij, Friburgi, & Salodori.

46

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.

Dilecto filio Dominico Tituli Sancti Chrysogoni Presbytero Cardinali Pinello nuncupato Salutem & Apostolicam benedictionem.



OMANVS Pontifex, cui Ecclesiarum omnium cura imminet generalis, illarum vt potest dispendijs obuiat, & de illarũ regimine illud idoneis committẽdo personis disponit, prout in Domino conspicit salubriter expedire. Cum itaq; Ecclesia Sãcti Chrysogoni de Vrbe, quæ titulus presbyteri Cardinalis existit, & cui bonę mem: Carolus tit. eiusdem Sancti Chrysogoni presbyter Cardinalis Borbonius nuncupatus, dum viueret, præsidebat, per obitum eiusdem Caroli Cardinalis, qui extrà Romanam Curiam debitum naturę persoluit, vacauerit, & vacet ad pręsens: Nos attendentes, quod tu, qui Ecclesię Sancti Laurentij in Pane & Perna, quę & tit. pręsbyteri Cardinalis existit, hactenus laudabiliter pręfuisti, eandem Ecclesiam Sãcti Chrysogoni scies, voles, & poteris auctore Domino salubriter regere, & fœliciter gubernare, Te à vinculo, quo dictæ Ecclesię Sancti Laurentij, cui tunc pręeras, tenebaris, de Fratrum nostrorum consilio & Apostolicæ potestatis, plenitudine ab-

K solue ntes

soluentes, eidem Ecclesię S. Chrysogoni, quoad uixeris in presbyterū Cardinalem de simili consilio Apostolica auctoritate præficimus, curam, regimen, & administrationem ipsius Ecclesię S. Chrysogoni tibi in spiritualibus & temporalibus plenarie cōmittendo; Ita quod licet tibi eiusdē Ecclesiæ S. Chrysogoni illiusq; iuriū iurisdictionū, pertinentiarū, membrorū, domorū, & bonorum possessionem seu quasi per te, vel aliū seu alios propria auctoritate liberè apprehendere, ac de illorū fructibus redditibus prouentibus iuribus obuentionibus, & emolumentis vniuersis disponere, aceandē Ecclesiā S. Chrysogoni regere & gubernare sicuti alij presbyteri Cardinales, qui illi pro tēpore pręfuerunt, de illis disponere, & ordinare potuerūt seuetiā debuerūt, firma spe fiduciaq; cōceptis, quod gratia tibi assistente diuina, ipsa Ecclesia S. Chrysogoni per tuę circumspectionis industriam, & studium fructuosum regetur, vtiliter & prosperè dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus, & temporalibus suscipiet incrementa. Quocirca Circumspectionis tuę per Apostolica scripta mandamus, quatenus curam regimen & administrationem huiusmodi sic exercere studeas sollicitè fideliter & prudenter, quod ipsa Ecclesia sancti Chrysogoni Gubernatori prouido & fructuoso administratori gaudeat se commissam: Tuq; exinde valeas apud nos & Sedē Apostolicam non immeritò commendari; Necnon dilectis filijs eiusdē Ecclesię S. Chrysogoni, Priori & fratribus ordinis Carmelitarū, ac alijs illius ratione tibi subditis psonis, vt tibi pareant, & obediant. Alioquin sententiā siue pœnam, quā ritè tuleris seu statueris in rebelles ratam habebimus, & faciemus auctore Domino vsq; ad satisfactionem condignam inuiolabiter obseruari. Et insuper, vt statum tuum iuxtà Cardinalatus sublimitatem decentius tenere, & expensarum onera, quę te iugiter de necessitate subire oportet, facilius perferre valeas; Motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblatę petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate tecum, vt etiam postquàm in vim pręfectionis huiusmodi pacificam possessionem seu quasi regiminis, & administrationis dictæ Ecclesiæ sancti Chrysogoni, ac illius bonorum prędictorum assequutus fueris, Omnia & singula Ecclesias

clesias Monasteria etiã Consistorialia, & beneficia Ecclesiastica cum cura & sine cura secularia, & quorumuis ordinum regularia, quæ ex quibusuis concessionibus & dispensationibus Apostolicis in titulum cõmendam, seu administrationem, ac alias obtines, & expectas, ac in quibus, & ad quæ ius tibi quomodolibet cõpetit, etiã si de iurepatronatus laicorum, ac inter te, & quoscũque alios litigiosa existant, vt prius quoad vixeris etiã vnà cum dicta Ecclesia sancti Chrysogoni, quamdiu illi pręfueris retinere, ac ius tibi in illis vel ad illa cõpetens prosequi, & non deductum deducere, necnon quibusuis facultatibus, & indultis etiam de bonis tuis testandi, ac alias disponẽdi, & sub illis comprehensa uti, ac quoscunque fructus redditus, & prouentus Ecclesiasticos loco pensionum annuarum, & quascunque pensiones annuas super similibus fructibus redditibus, & prouentibus tibi reseruatos, & assignatas, quorum, & quarum quantitates, ac Monasteriorũ, & beneficiorum prędictorum fructuum reddituum, & prouentuum veros annuos valores illorumq; qualitates & quantitates necnon ipsorum litigiosorum beneficiorum, status litium facultatum quoq; & indultorum huiusmodi tenores pręsentibus haberi volumus pro expressis, etiam quoad vixeris, vt pręfertur, percipere exigere, & leuare liberè & licitè valeas, generalis Concilij & quibusuis alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam nostra per quam dudum inter alia voluimus verum annuum valorem Monasteriorum & beneficiorum pręfatorum in similibus gratijs exprimi debere, necnon Ecclesiarum in quibus secularia, & Monasteriorum seu aliorum regularium locorum, in quibus regularia beneficia huiusmodi existunt, & ordinum quorum illa sunt, Iuramento confirmatione Apostolica vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus cęterisque contrarijs nequaquam obstantibus, dicta auctoritate tenore pręsentium de specialis dono gratiæ dispensamus, Decernentes propterea Monasteria & beneficia, ac ius non vacare, & commendas non cessare, ac facultates, & indulta non expirare, necnon reseruationes fructuum, & pensiones huiusmodi extinctas non esse, irritum quoque & inane, si secus super his à quoquam quauis aucto-

ritatè scienter vel ignoranter contigerit attentâri. Volumus autem, quod propterea in monasterijs diuinus cultus non imminuatur, & alia beneficia huiusmodi debitis non fraudétur obsequijs, & animarum cura, quibus illa imminet, nullatenus negligatur, sed illorum, & dilectorum filiorum Conuentuum eorundem Monasteriorum congruè supportentur onera consueta. Dat.Romę apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicę Millesimo quingentesimo nonagesimo, Decimo nono kal.Februarias Pont. Nostri Anno Primo.

F. Hierosol.

A. Preuius.

Registrata in Secretaria Apostolica.

GREGORIVS
PAPA
XIIII.

Dilecto filio nostro Dominico tituli S. Chrysogoni presbytero Cardinali Pinello nũcupato, in Prouincia nostra Vmbrię nostro,& Apostolicæ Sedis de Latere Legato.



DILECTE fili noster, Salutem, & Apostolicã benedict. Quantopere de tuæ circumspectionis fide, prudentia, integritate, & rerum gerendarum vsu confidamus, id argumẽto esse potest, quod nuper te nostrum, & Apostolicæ Sedis de Latere Legatum in Prouincia nostra Vmbrię de Venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, & assensu constituimus. Nihil enim quod vel maioris momẽti, vel magis cordi nobis sit, tibi hoc tẽpore cõmittere potuimus. Te igitur in Domino hortamur, vt munus hoc tibi à nobis demandatũ alacri animo suscipiẽs, quàmprimũ id tuo cõmodo facere poteris, in dictã Prouinciã te conferas, illamq; tua pręsentia administres, virtute cõfirmes, & quę tali tẽpore necessaria, & opportuna iudicaueris, sicut ipsi nobis pollicemur, adimpleas, vt & populus ille tuo regimine, & nos iudicio de te nostro quàm maximè lętari possimus. Dat. Romę apud S. Petrũ sub Annulo Piscatoris die viij Februarij, M. D. LXXXXI. Pont. Nostri Anno Primo.

M. Vestrius Barbianus.

GREGORIVS
PAPA
XIIII.

Dilecto filio Dominico tituli Sancti Crysogoni presbytero Cardinali Pinello nuncupato, in Prouincia nosta Vmbriæ nostro, & Apostolicæ Sedis de Latere Legato.



ILECTE fili noster salutem, & Apostolicam benedict. Quoniam hodiè te in Prouincia nostra Vmbriæ nostrum, & Apostolicæ Sedis de Latere Legatum, ac pro nobis, & Sancta Romana Ecclesia in spiritualibus, & temporalibus Vicarium generalē cum auctoritate, & amplitudine tanto muneri conuenienti ad nostrum, & dictæ Sedis beneplacitum constituimus, consentaneum est, vt eadem opera dignitatem tuam in ijs etiam, quę ad statum, & Salutem Prouincialium tuorum conferunt, gratificandi facultate prosequamur. Itaque vt Tu personis Prouinciæ prædictæ prudentiæ tuæ commissæ, opportunè consulere, Teq; erga illos vtilem, & benignum exhibere possis, non derogando Sacri Concilij Tridentini decretis, Circumspectioni tuæ, Legatione tua huiusmodi durante, & intra illius fines, atq; erga eius personas, & loca ibi existentia per te ipsum, vel alium, seu alios viros probos, & idoneos contrà quoscunque criminosos, & delinquentes tam seculares, quàm regulares etiam

exemptos

exemptos cuiuscunque dignitatis, status, ordinis, & conditionis fuerint, per viam accusationis, denunciationis, aut ex officio simpliciter, & de plano, & sine strepitu, & figura iudicij inquirendi, & procedendi, eosq; prout Canonicæ requirunt sanctiones, & aliàs tibi videbitur expedire, puniendi. Necnon horum criminum, ac etiam omnes alia causas ciuiles criminales & mixtas ad Ecclesiasticum forum quomodocunq; pertinentes, non tamen beneficiales tam per viam simplicis querelæ, quàm etiam quarumcunque appellationum à quibuscunque Iudicibus ordinarijs, & etiam à Sede prædicta delegatis, interpositarum, & ipsa Legatione durante interponendarum motas, & inchoatas, ac interim mouendas, & inchoandas cum õnibus earũ incidẽtibus, emergẽtibus, annexis, & cõnexis etiã summariè, simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, terminisque substantialibus vnico contextu, vel etiam non seruatis, sed illorùm loco præfixo termino arbitrio tuo procedendo, audiendi, & fine debito terminãdi, itaut etiã in quibuscũq; causis ciuilibus, criminalibus & mixtis tam primæ instantiæ, quàm etiã quarũcunque appellationũ inter clericos, Tu cum ordinarijs omnibus tuæ Legationis concurras, & prȩuentioni locus esse debeat; Cognitio verò, & decisio causarum, atrociorum criminum, pro quibus pœna sanguinis esset irroganda, ad te, tuumq; Tribunal duntaxat pertineant, & ad præmissorum, cæterorũque contingentium effectus quoscunque etiam per edictum locis publicis affigendum, constito prius etiam summariè, & extraiudicialiter de non tuto ad illos accessu citandi, & monendi, eisque ac etiam quibusuis Iudicibus, & alijs personis, quibus, & quoties opus erit, etiam per simile edictum, & sub censuris Ecclesiasticis, & pœnis etiam pecuniarijs tuo, vel delegatorum tuorum arbitrio irrogandis, moderandis, & applicandis inhibendi, ac contrà inobedientes & rebelles quoscunque censuras, & pœnas ipsas etiam sæpius aggrauandi, interdictum Ecclesiasticum apponendi, & relaxandi, auxiliumque brachij secularis inuocandi, seu causas ipsas, cùm tibi videbitur, auocandi, & etiam, vt prȩfertur, audiendi, & decidendi, seu eas alij, vel alijs idoneis modo, & forma prædictis, ac

cum

cum simili, vel limitata potestate pariter audiendas, & terminandas delegandi. Quascunque personas aduersus sententias, res iudicatas, & contractus quoscunque, prout iuris fuerit, in integrum restituendi. Iuramenta quæcunque, ad effectum agendi duntaxat quibuslibet relaxandi. Ac quoscumque à quibusuis censuris, & pœnis simpliciter, vel ad cautelam, pro iuris fuerit, absoluendi. Adhæc quibusuis in ætate legitima constitutis, & aliàs idoneis sacerdotali militiæ ascribi volentibus, qui competenter beneficiati, vt ad omnes sacros, etiam presbyteratus ordines à suo Ordinario, vel cũ eisdem, aut Vicatij sui testimonio à quocunque alio maluerint Chatholico Antistite, gratiam, & communionem dictę Sedis habente extrà Romanam Curiam, & in propria diœcesi residente, tribus etiã continuis Dominicis vel alijs festis diebus extra tempora à iure statuta ad sacros etiam presbyteratus ordines promoueri, & in illis promoti etiam in Altaris ministerio ministrare possint, licentiam tribuendi. Et cum corpore vitiatis, dummodò non talis, & tanta deformitas, quæ scandalum in Populo generet, aut vitium tale non sit, quod in sacris agendis præstet impedimentum, vt pariter ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines promoueri, ac beneficiũ Ecclesiasticum cum cura, vel sine cura, cuius tamen fructus, redditus, & prouentus, quoad eos, qui nobiles, vel graduati fuerint, centum quò verò ad alios quinquaginta ducatorum auri de Camera secundum communem ęstimationem valorem annum non excedant, si eis alias canonicè conferatur, aut eligantur, prę sentẽtur, vel aliàs assumãtur ad illud, & instituãtur in eo recipere & retinere. Et super quocunq; impedimẽto publicæ honestatis iustitię, vbi solum sponsalia intercesserunt, vt matrimoniũ inter se cõtrahere & in facie Ecclesię solẽnizare, ac postquã contractum fuerit, in eo remanere, & etiã illis, qui huiusmodi impedimento non obstante, illud aliàs tamen ritè iam contraxerint, & prolem exinde susceperint, ipsos ab incestus reatu, ac etiam synodalibus censuris absoluendo, vt matrimonium de nouo inter se, dummodò propter hoc mulieres raptæ non sint, contrahere, & vt præfertur, solẽnizare, ac pariter in eo remanere liberè, & licitè valeant, dis-

L pensandi

pensandi, prolemq; exinde susceptam, & suscipiendam legitimam decernendi, atq; nunciandi. Ac quibusuis personis Ecclesiasticis sæcularibus etiam presbyteris, non autem dignitates, aut parrochiales Ecclesias, vel alia beneficia Ecclesiastica personalem residentiam requirentia obtinentibus, vt leges & iura ciuilia, etiam in Vniuersitatibus studiorum generalium per quinquennium tantùm audire, & in illis studere ac quoscunq; actus scholasticos exercere, & si reperti fuerint idonei, doctoratus, & alios gradus consuetos suscipere; Ac etiam quibusuis personis Ecclesiasticis beneficia Ecclesiastica sæcularia vel regularia in titulũ, vel cõmendã obtinentibus ad conditionem illorum meliorem efficere volentibus, vt bona immobilia beneficiorum suorum in Emphytheosim, non tamen perpetuam nec vltrà tres generationes sub annuo Canone, siue censu quinque ducatos auri non excedente in euidentem ipsorum beneficiorum vtilitatem alienare, vel permutare posint, licentiam concedendi, uel alienationes, & permutationes huiusmodi vsque ad dictam summam duntaxat iam factas confirmandi, etiam cum iuris, & facti defectuum suppletione, ita tamen, quod concessio, seu confirmatio, ac totius negotij cognitio, non minus quàm duobus delegatis coniunctim processuris, & seruata forma constitutionis fel: record: Pauli Papæ Secundi prędecessoris nostri super rebus Ecclesiæ non alienandis in quinterno Cancellarię Apostolicæ descriptæ committatur. Præterea quascunque Monitorias poenalesque literas in forma significauit consueta contra occultos, & ignotos malefactores satisfacere, conscios verò reuelare differentes, seruata forma prędicti Concilij Tridentini necnon constitutionis piæ memorię Pij Papæ Quinti prędecessoris nostri super hoc editæ, & in Cancellaria prædicta publicatæ concedendi. Ac quibusuis vtriusque sexus personis Ecclesiasticis, & secularibus, quas ad loca Ecclesiastico interdicto, etiam Apostolica auctoritate prædicta supposita, declinare contigerit, vt in eis ianuis clausis, non pulsatis Campanis excommunicatis, & interdictis, prorsus exclusis in sua, domesticorumq; & familiarium suorum præsentia, dummodò ipsi causam non dederint huiusmodi interdicto, nec contingat

eos

eos ſpecialiter interdici celebrare, & celebrari facere. Ac etiam quibusuis perſonis non tamen regularibus ſepulchrum Dominicum viſitare volentibus vt ad illud, & alia loca pia vltramarina abſque alicuius cenſuræ, aut pœnæ incurſu accedere, dummodo aliqua prohibita non deferant. Ac vt Quadrageſimalibus, & alijs prohibitis tẽporibus & diebus, Ouis Butyro, Caſeo, & alijs lacticinijs ac etiã carnibus de vtriuſq; medici conſilio, ac ſecreto, & ſine ſcandolo vti, & veſci liberè, & licitè valeant, concedendi. Necnon vota quæcunq; vltramarina, viſitationis liminum Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum de Vrbe, Sancti Iacobi in Compoſtella, Caſtitatis vel Religionis Votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutandi. Poſtremò omnibus vtriuſq; ſexus Chriſti fidelibus ad pia, & ſalutaria opera exercenda, centum, aut plures dies citrà annum, necnon verè pœnitentibus, & confeſsis, qui quaſcunque ſęculares vel regulares Eccleſias, ſeu Capellas in vna vel duabus Feſtiuitatibus dumtaxat à primis Veſperis vſque ad ſecundas Veſperas, & occaſum Solis vtriuſque diei Feſti viſitauerint, & pro vnione Principum, ac fidei Catholicę propagatione preces Altiſsimo effuderint, quo die feſto id fecerint, ſeptem annos, & ſeptem quadragenas, aut infra de iniunctis eis pœnitentijs, ſeu quę meritò iniungi deberent, miſericorditer in Domino relaxandi, itaut relaxatio huiuſmodi ſemel tantùm pro vna Eccleſia, vel Capella fiat, & ſi pro duabus feſtis diebus concedatur triẽniũ, pro vno verò feſto conceſſa quinquennium non excedat. Sed vt conceſsiones gratiæ, & litteræ, per te vigore præſentium concedendæ ſublatis obſtaculis ſuum ſortiantur effectum, quaſcunque perſonas ad effectum dumtaxat omnium, & ſingulorum præmiſſorum conſeqnendum, ab omnibus, & quibuſcunque excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati fuerint, dummodò in eis per annum non inſorduerint, abſoluendi, & abſolutos fore cenſendi, viceſq; tuas in præmiſſis in toto, vel in parte committendi. Iudices, aſsiſtentes, Cõmiſſarios, & executores pro prædictorum, & litterarum tuarũ

executione, & obseruatione delegandi; Mandata, prohibitiones, & Monitoria etiam sub censuris, & alijs poenis prædictis, cęterisq; beneuisis remedijs, etiam appellatione postposita decernendi, & exequendi: Ac omnia, & quæcunque alia in præmissis, & circa ea necessaria, & opportuna faciendi, decernendi, & exequendi etiam per alium, seu alios auctoritate Apostolica tenore præsentium plenam, & liberam licentiam, facultatem, & auctoritatem concedimus. Decernentes te præsentibus facultatibus, & concessionibus etiam cum derogationibus, suspensionibus, indultis, irritantibus, alijsque decretis, & clausulis necessarijs, & opportunis vti posse, ac in concessionibus, gratijs, & alijs dispositionibus per te auctoritate præsentium faciendis, soli narratiuæ tuæ ac etiam solis concessionibus, & litteris tuis absque alia præsentium insertione, seu exhibitione, aut Notarij testium ve adhibitione stare, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri; Sicq; per quoscunq; Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctę Romanę Ecclesiæ Cardinales in quauis causa, & instantia sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate vbiq; iudicari, & diffiniri debere, irritumq; & inane si secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quorumcunq; aliorum Conciliorum Vniuersalium, Prouincialium, & Synodalium, necnon piæ memoriæ Bonifacij Papæ Octaui, etiam prędecessoris nostri de vna, & duabus dietis, alijsq; Apostolicis constitutionibus, statutis quoq; & consuetudinibus Ecclesiarum, Monasteriorum, Vniuersitatum, Collegiorum, Ciuitatum, locorum, ordinum, & congregationū quorumcunque iuraméto confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, etiam si de illis seruandis, & de non impetrandis litteris Apostolicis contra illa & illis etiam ab alio vel alijs impetratis, seu aliàs quouis modo concessis non vtendo personę pręstiterint eatenus, vel in posterum prę stare contigerit iuramentum, alijsq; priuilegijs & indultis Apostolicis generalibus & specialibus quorūcunq; etiā Cistercien. & Cluniacen. ordinum, quæ personis quouis modo obstare

videantur

videantur, per quę præsentibus non expressa, vel omninò non inserta, effectus earũ impediri valeat quomodolibet vel differri. Et de quibus quorumq; totis tenoribus ad verbum habenda sit in nostris tuisq; litteris mentio specialis, quę quoad hæc nullatenus cuiquam volumus suffragari. Quibusq; omnibus, cæterisq; contrarijs quibuscunq; vbi, & quando expediet, secundum rei, & casus exigentiam in genere, vel in specie, ac tam coniunctim, quàm diuisim, prout tibi placuerit, valeas derogare, ac super ijs indulgere; quodq; aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excõmunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, & ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, vt præsentium transumptis manu tua, vel Regentis Cancellariæ tuæ, ac Sigillo tuo obsignatis, eadem illa prorsus fides in iudicio, & extrà illud vbiq; locorum adhibeatur, quę adhiberetur eisdem præsentibus, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romę apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die prima Martij M.D.LXXXXI. Pontificatus Nostri Anno Primo.

M. Vestrius Barbianus.



GREGORIVS
P A P A
X I I I I.

Dilecto filio Dominico tituli Sancti Cryhſogoni presbytero Cardinali Pinello nuncupato, in Prouincia noſta Vmbriæ noſtro, & Apoſtolicæ Sedis de Latere Legato.



ILECTE fili noſter ſalutem, & Apoſtolicam Benedict. Credita nobis ex alto in omnes Chriſti fideles poteſtatis plenitudo, ita humanæ naturæ facultaté excedit, vt ſingula per nos ipſos nequeant gubernari, ſed in pleriſque Vicaria opera noſcimus indigere; Ad earum autem Prouinciarũ, & Populorum, quæ noſtri, & Sanctæ Romanæ Eccleſię Dominij temporalis ſunt, regimen, & tutelam præ cæteris incumbentes, aliquos de Fratrum noſtrorum cœtu iuris, & rerum prudentia prędiros, nonnunquam aſſumimus, quorum induſtria debitum erga populos ipſos noſtræ ſeruitutis officium plenius explere valeamus. Conſiderantes itaque, quod tu, cuius fides, ſcientia, probitas, & diligentia iandiu nobis perſpecta eſt, id poteris Prouincijs, & Populis prædictis, quod à munere noſtro paſtorali debetur abundè præſtare, bonos integritatis tuæ exemplo ad virtutes erigere, malos autem ſtatutis pœnis coercere, & quę ad ſtatus prædictæ Eccleſiæ commodum, & honorem pertinebunt, non minus

aus fideliter, quàm prudenter pręſtare. Quare habita cum Fratribus noſtris deliberatione matura, Te in Prouincia noſtra Vmbrię noſtrum, & Apoſtolicę Sedis de Latere Legatū, ac pro nobis, & prædicta Eccleſia Vicarium in ſpiritualibus, & temporalibus generalem exceptis Spoleto, Narnia, Reate, Interamna, Viſſo, Cereto, & quæ ipſius Eccleſia Cardinalibus ad eorum vitam, aut aliàs in gubernium, vel adminiſtrationem à dicta Sede conceſſa ſunt alijs Ciuitatibus, Terris, & Caſtris, eorumq; iuriſdictionibus, & Gubernijs, quæ ſalua omninò, & exempta remaneant, ad noſtrum, & dictæ Sedis beneplacitum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium conſtituimus, & deputamus, Tibiq; plenam, & liberam poteſtatem, auctoritatem, & facultatem concedimus noſtro, & eiuſdem Eccleſiæ nomine dictam Prouinciam, Ciuitates, Terras, Caſtra, & loca prędicta, necnon ciues, habitatores, incolas, & perſonas eorundem, cuiuſcunque dignitatis, nobilitatis, ſtatus, gradus & conditionis fuerint, exceptis ſupradictis, regendi, & adminiſtrandi, homagia, & fidelitatis iuramenta noſtro, & dictę Eccleſiæ nomine recipiendi, cauſas omnes ciuiles, criminales, & mixtas fori ſecularis, & profani iuxtà terminos tuę Legationis, & Vicariatus huiuſmodi tam primæ inſtantiæ, quàm etiam appellationum quarumcunque ad te quouis modo interponendarum in dicta Prouincia, Ciuitatibus, Terris, & Caſtris, & locis prædictis Legationi tuæ demandatis per te, vel alium, ſeu alios etiam ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij audiendi, & etiam manu regia, prout cauſarum qualitas exegerit, decidendi, aut alij, vel alijs coniunctim, vel diuiſim, ac generaliter, vel ſpecialiter intrà terminos Legationis, ac Vicariatus prędicti cum ſimili, aut limitata poteſtate, & aliàs, ac etiam, prout tibi videbitur, committendi, & ad te cum tibi expedire videbitur, à quibuſcunque Iudicibus ordinarijs, vel delegatis, auocandi, & pariter illas audiendi, & terminandi, ſeu etiam alij, vel alijs delegandi. Omnes, & ſingulas cuiuſcunque dignitatis, excellentię, nobilitatis, pręeminentię, auctoritatis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis, quas iuſtitia ſuadente, puniendas cognoueris, poenis etiam

capitalibus

capitalibus per Iudices tuos irrogandi, & exigendi, puniendi, castigandi, eosq; suis dignitatibus, honoribus, Comitatibus, Terris, Castris, locis, feudis, retrofeudis, Vicariatibus, officijs, iurisdictionibus, gradibus, iuribus, rebus, & bonis omnibus priuandi, & destituendi, eaque omnia, prout tibi videbitur Cameræ Apostolicæ confiscandi, applicandi, & incorporandi; In Prouincia nostra prædicta, Comitatibus, Terris, Castris, & locis Legationis, & Vicariatus huiusmodi nobis mediatè, vel immediatè subiectis, eosq; singulos Capitaneos, Vexilliferos, Vicecomites. Comites, & alios temporales huiusmodi officiales hactenus deputatos quocunque nomine nuncupentur, ab eorum officijs, cùm expedire videbitur, etiam manu simili suspendendi, priuandi, deponendi, & amouendi, aliosq; illorum loco constituendi, necnon culpabiles ciuiliter, vel criminaliter per te vel alium, seu alios, & in quibuscunque locis, & Terris Prouinciæ huiusmodi, Ciuitatum, & locorum prædictorum, ac etiam feudatariorum, aliorumq; Dominorum Nos, & Sedem prædictam quouis modo recognoscentium, capiendi; & si prædicti Feudatarij culpæ obnoxios, vel consortes dare noluerint, Quiue Asylias, siue Franchitias vbicunque, & quomodocunque habuerint, aut Curiæ se se opposuerint, quemquam illius læserint, coetumue, aut concursum armatorum fecerint, exulibus, bannitis, & facinorosis fauerint, illis etiam sub pœna rebellionis, & amissionis eorum status, & Dominij tam vtilis, quàm directi, præcipiendi, illosq; iuxtà ipsorum demerita, etiam manu regia, & quauis appellatione reiecta procedendo, puniendi, eorumq; Arces, Castra, Munitiones, Palatia, domos, & ædificia omnia destruendi, dirijciendi, & funditus euertendi, ac coniunctos, affines, & consanguineos delinquentium, & aliorum prædictorum ad bonorum confiscatorum redemptionem in casibus à iure concessis; In his quoque, ac etiam in alijs quibuscunque criminibus grauioribus delinquentium consanguineos etiam vsque ad quartum gradum ad cauendũ de non offendẽdo, & aliàs, vt expedierit, propositis etiã pœnis tuo arbitrio compellendi. Querelas contra ipsos per quoscunque propositas, & proponendas prout tibi videbitur ex-

M pedire

pedire, ac etiam summariè, simpliciter, & aliàs, vt præfertur, audiendi; Mulctas, siue emendas, & satisfactiones debitas decernendi, ac prædictæ Cameræ applicandi. Quoscunque exules, bannitos, facinorosos, & contumaces, eorumq; receptatores, fautores, complices, & sequaces, etiam extrà fines tuæ Legationis, per cæteraq; omnia finitima gubernia, & iurisdictiones, liberè, & absque vlla illorum Gubernatorum, aliorumue Præfectorum licentia, vel consensu insequẽdi, & apprehendendi, alios verò in ipsis Gubernijs, eorumq; iurisdictionibus existentes, qui prędictis facinorosis, aut alijs, quos vinctos habueris, seu capere decreueris in delictis participes, eorũue conscij fuerint, vt Gubernatores, & alij iustitiæ Ministri Guberniorum huiusmodi eos capiant, factisq; contrà ipsos inquisitionibus, quàmprimùm processus desuper formatos, & clausos ad te fideliter transmittant, monendi, & cõpellendi, & ad hunc, cęterorumq; contingentium effectum non solùm cohortes, aliamq; armatam familiam, sed & conscriptas cuiusq; Gubernij militias, atque præsidia Equitum, & peditum vbicunque, & quandocunque opus erit, imperandi, eosdemq; Gubernatores, & Ministros, vt quisque pro se eadem faciant, decretis etiam pœnis pręcipiendi; Inter Comites Barones, Dominos temporales, nobiles & personas, necnon Communitates, Vniuersitates, & Populos, ac omnes alios discordes, & dissidentes intrà terminos Legationis, & Vicariatus tui, ac etiam inter quoscunque alios Dominos temporales, & alias Vniuersitates, & personas pro statu, & honore eiusdem Ecclesiæ, ac in confusionem hostium, & rebellium ipsius sub pactis, conditionibus, modis, & pœnis, de quibus tibi videbitur expedire, pacem, concordiam, & inducias faciendi, tractandi, & confirmandi, ipsosq; ad eorum obseruationem sub quibuscunq; pœnis, sententijs, & censuris, de quibus tibi videbitur, compellendi. Edicta generalia, & particularia, quæ pro salubri directione Prouinciæ, Ciuitatum, & locorum tuę Legationis, necnon transgressorum & delinquentium coertione alijsq; contingentibus necessaria, & opportuna iudicaueris, necis etiam, & alijs pœnis propositis habendi, & promulgandi. Superquibuscunque homicidijs, rebellionibus,

alijsq;

alijsq; excessibus, & delictis per quascunque Vniuersitates, & singulares personas, tuæ iurisdictionis huiusmodi concessis, hucusque & Legationis tuæ tempore cōmittendis componendi & concordandi, ac processus, sententias, & decreta quæcunque, siue tota siue in partem cassandi, & annullandi. Humiliter petentes homicidas, & alios delinquentes prædictos pro pace, & tranquillitate Ciuitatum, locorum hominumq; prædictorum, ac etiam offensorum, & hæredum occisorum satisfactione, & aliàs ex quacunque causa, quæ tibi videbitur, absoluendi, & liberandi; infamiam, & aliam inhabilitatem ab eis abolendi, eosq; ad patriam, honores, & bona, non tamen fisco incorporata, necnon in pristinum, & eum, inquo anteà erant statū, nostramq; & ipsius Sedis gratiā, & obedientiā reducēdi, restituendi, & reintegrandi; Excessus pœnas & mulctas, prout ad publicum spectare dignoscetur, remittendi, fœdera, pactiones, conuentiones, associationes, & factiones cuiuscūque modi contrà dictam Ecclesiam, vel contrà bonum pacis, & statum illarum partium pacificum, siue in prçiuditium, siue damnum Prouinciæ prçdictç, Ciuitatum, Terrarum, Castrorum, & locorū, ac Ciuiū, incolarū, & habitatorum eorundem, per quoscunq; factas, & faciendas, irritandi pœnas in illis adiectas, & adijciendas remittēdi, iuramenta prçstita relaxādi, occupata indebitè, vel iniquè detēta recuperādi, iniustè eiectos, & expulsos à locis, rebus, bonis, & iuribus suis quibuscunque, vel illis iniquè priuatos, ad loca, res, bona, & iura sua propria reuocandi, restituendi, & reintegrandi. Generales, & particulares exercitus, in auxilium prædictæ Ecclesiæ, & pro tuitione status pacifici partium tuo regimini, vt præmittitur, commissarum, ac nobis & dictç Ecclesiæ subiectarum contrà quoscunque eiusdem Ecclesiæ hostes, rebelles, & inobedientes, ac status huiusmodi perturbatores quandocunque, & quotiescunque, & ex quauis causa, quæ tibi videbitur, colligendi, faciendi, & congregandi. Prçsidia quorumcunq; Vicariorum & aliorum dictæ Ecclesiç subiectorum ad huiusmodi exercitus ac militaria, & quæcunque alia seruitia per eos, aut aliquem ipsorum debita, & debenda, tam realia, quàm personalia, quoties opus esse cognoueris, requirendi, & conuocandi.

Hostes quoque, & rebelles, ac contradictores quoslibet per amotionis, priuationis, depositionis, relegationis, & proscriptionis perpetuæ, vel temporalis sententias, sublato cuiusuis appellationis obstaculo, compescendi. Parlamenta generalia, vel particularia in locis tuorum Legationis, & Vicariatus huiusmodi, quotiescunque, & quandocunque pro statu, & honore nostro, & prędictę Ecclesię, paceq; & tranquillitate etiam Prouincię prędictę, Ciuitatum, Terrarum, Castrorū, & locorum tibi commissorum prędictorum tibi videbitur expedire, statuendi & conuocandi. Omnia prętereà, & quęcunque alia tuis huiusmodi Legatione, & Vicariatu durantibus faciendi, gerendi, exercendi, statuendi, quę ad huiusmodi Legationis, & Vicariatus officium de iure, vel consuetudine pertinent, & ad nostrum, dictæq; Sedis honorem ac statum pacificum, & tranquillum Prouincię prędictæ, Ciuitatum, Terrarum, Castrorum, & locorum tibi commissorum prędictorum vtilia esse perspexeris, & quomodolibet opportuna, etiam si maiora expressis, talia forent, quæ specificam, & indiuiduam requirerēt mentionem. Constitutionibus, & ordinationibus Apóstolicis necnon Prouincię prædictæ, Ciuitatum, Terrarum, Castrorum, & locorum prædictorum etiam exemptorum, ac etiam Romanæ Ecclesiæ, & Sedi prædictis immediatè subiectorum iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque exemptionibus, indultis, & litteris Apostolicis illis vniuersis, & singulis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem prædictam etiam Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ac aliàs sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque fortioribus, efficacioribus efficacissimis, & insolitis clausulis irritantibusque & alijs decretis in genere vel in specie, ac quotiescunque concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, & ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia

expressio

expresſio habenda foret, & in eis caueatur expreſsè, quòd illis nullatenus, aut niſi certis inibi expreſsis modis, & formis derogari poſsit, illorum tenores ac ſi ad verbum infererentur, præſentibus pro expreſsis habendo, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nos enim proceſſus, ſententias, cenſuras, & pœnas, quos, & quas per te, vel alium, ſeu alios à te deputandos fieri, infligi, & promulgari, ac omnia alia, quæ per te in præmiſsis exequi rite contigerit, rata habebimus, illaque faciemus auctore Domino vſque ad ſatisfactionem condignam inuiolata obſeruari. Vt autem prædicta omnia plenius, & vtilius valeas exercere, Vniuerſis & ſingulis Rectoribus, Vicerectoribus, Poteſtatibus, Capitaneis, Mareſcallis, Beneficiarijs, & alijs ad noſtra, & prædictæ Eccleſiæ ſtipendia militantibus, cæteriſque officialibus pręſentibus, & futuris, necnon quibuſcunque Communitatibus particularibus perſonis dictæ tuæ Legationis, & Vicariatus cuiuſcunque dignitatis ſtatus, gradus ordinis, & conditionis exiſtant, prædicta auctoritate mãdamus, vt tibi, & deputatis à te Legationis, & Vicariatus tuorum huiuſmodi officio durante, iuxtà tibi conceſsam facultatem omninò parere, & intendere, mandataque tua cum omni reuerentia ſuſcipere, & exequi, & adimplere procurent; Tu igitur fili chariſsime, diuina gratia, & Apoſtolico fauore ſuffultus, hoc tibi impoſitum onus cum gratia noſtræ benedictionis ſuſcipiens illud ſic ſtrenuè exequare, quod ex fructuoſis laboribus tuis, cœleſti gratia tibi fauente, ſperati fructus aduenіant, tuque præter humanæ laudis præconium illam, quæ pias cauſas gerentibus pro retributione rependitur, palmam gloriæ conſequi merearis. Volumus inſuper, vt durante tua huiuſmodi Legatione abſque alio noſtro, ſeu prædictæ Cameræ mandato tuam, & officialium, ac miniſtrorum tuorum prouiſionem à Theſaurario noſtro Vmbriæ huiuſmodi percipere poſsis, omni exceptione ceſsante. Ac etiam volumus, vt præſentium tranſumptis Notarij publici manu, & ſigillo tuo obſignatis eadem illa prorſus fides vbique in iudcio, & extrà illud adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem pręſentibus, ſi forent

exhibitæ,

exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die prima Martij, M. D. L X X X X I. Pontificatus Nostri Anno Primo.

M. Vestrius Barbianus.

INNOCENTIVS EPISCOPVS

SERVVS SERVORVM DEI.

Dilectis Filijs nobilibus viris Castellino,& Paridi Pinello fratribus & Baldtassari Spinulę Domicellis Ianuen. Aulæ sacri nostri palatij Lateranen. comitibus palatinis salutem & Apostolicam benedictionem.



Incerę deuotionis affectus, quem ad nos & Romanam geritis Ecclesiam, necnon multiplicum dona virtutū, quę in vobis diuina propagauit clementia, meritò nos inducunt, vt Vos posterosque vestros condignis honoribus attollamus. Hinc est quod nos volentes, vos, qui nepotes nostri secundum carnem estis, fauoribus prosequi gratiosis, vosq; à quibuscunq; excomunicatsionis suspē sionis & interdicti alijsq; Ecclesiasticis sentētijs cēsuris,& pœnis à Iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existitis, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes & absolutos fore censentes, motu proprio non ad vestram, vel alicuius vestrum pro vobis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiā, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia, vos & quēlibet vestrum, ac filios vestros, & descendentes ab eis nostri Sacri Palatij Lateranen. Comites auctoritate Apostolica tenore

N nore

nore præſentium facimus, conſtituimus, & deputamus, voſq;
& eos aliorum dicti Palatij Comitum numero,& conſortio fa
uorabiliter aggregamus, ac pro talibus deinceps cenſeri nominari,nuncupari, & reputari volumus, & mandamus, ita vt omnibus priuilegijs immunitatibus honoribus, & libertatibus, quibus cęteri dicti Palatij Comites hactenus fungi, & potiri ſunt ſoliti, ſeu fungi & potiri poterunt quomodolibet in futurum,fungi potiri, & gaudere poſsitis, & debeatis, & inſuper vobis ad inſtar aliorum dicti Palatij Comitum vbique locorum extrà Romanam Curiam auctoritate prędicta creandi Notarios publicos, ſeu tabelliones, & Iudices ordinarios, ac de tabellionatus, ſeu notariatus, & Iudicatus officijs per pennam & calamare inueſtiendi,vt eſt moris eos quos ad hoc idoneos & fideles, ac in litteratura ſufficientes fore repereritis, recepto prius ab eis noſtro & eiuſdem Romanę Eccleſię nomine ſolito iuxtà formam pręſentibus annotatam iuramēto. Necnon legitimandi ſpurios, baſtardos, manſeres, nothos, inceſtuoſos, copulatiuè vel diſiunctiuè, & ex quocunq; illicito vel damnato coitu procreatos, viuentibus, vel etiam mortuis eorum parentibus omnem ab eis tollendo maculam geniturę, itaut ad paternam, & alias ſucceſsiones quorumcunque bonorum admitti, & in illis ſuccedere valeant, abſq; tamē pręiuditio illorum,qui ad prędictas ſucceſsiones, ſi perſonę, quibus ſuccederent ab inteſtato decederent, de iure admitti deberent, ac etiam ad honores dignitates gradus, & officia ſecularia publica & priuata recipi, & etiam admitti, illaque gerere & exercere poſsint, & debeant,ac ſi eſsent de legitimo matrimonio procreati, illoſque ad iura naturę, & quoſlibet actus legitimos reintegrandi & reſtituendi, quoſcunque idoneos adiunctis, & in hoc vobis aſsiſtentibus duobus vel tribus doctoribus, quos adhoc duxeritis eligendos, ſi in eodem loco eorum copia commode haberi poterit, alioquin per vosmetipſos in Iure canonico & ciuili tam coniunctim quàm diuiſim ad Bacalariatus & licētię ac doctoratus gradus extrà dictam Curiam promouendi, & eis legendi diſputandi interpretandi & alios actus ad perſonas in huiuſmodi gradibus cōſtitutas quomodolibet pertinentes faciendi auctoritatem, &

ipſorum

ipsorum graduum solita insignia cum omnibus & singulis priuilegijs immunitatibus & indultis, quibus alij Bacalarij Licentiati, & doctores in studijs generalibus promoti gaudent, & potiuntur concedendi constitutionibus Apostolicis, ac legibus Imperialibus, & statutis municipalibus illis pręsertim, quibus caueri dicitur, quod naturales & bastardi non possint, nec debeant legitimari sine consensu legitimorum & naturalium, quibus illa etiam si pręsentibus de eis mentio deberet fieri specialis, pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permã suris, quò ad præmissa motu & sciencia similibus pro hac vice specialiter & expressè derogamus, ceterisq; contrarijs nequaquam obstantibus, plenam & liberam ac omnimodam dicta auctoritate potestatem & facultatem concedimus pariter & largimur. Vos igitur de bono in melius sic studijs virtutum intendatis, vt in nostro conspectu ad maiora vos semper constituatis meritorum studijs virtutũ digniores, nosq; propter hoc ad faciendum vobis pleniorem gratiam & honorem inuitemur. Forma autem Iuramenti, quod promouendi per vos ad notariatus, & tabellionatus officium pręstabunt, est talis: Ego ab hac hora inantea fidelis, & obediens ero beato Petro, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac Domino meo Domino Innocentio PP. viij. & successoribus suis canonicè intrantibus, non ero in consilio auxilio, consensu, vel facto, vt vitã perdant aut membrum, vel capiantur mala captione, consilium verò, quod mihi per se aut literas, vel nuntium manifestabunt ad eorum damnum, scienter nemini pandam, si verò ad meam notitiam aliquid deuenire contingat, quod in periculum Romani Pontificis, aut Ecclesiæ Romanæ vergeret seu graue damnum, illud pro posse impediam, & si hoc impedire non possem ꝓcurabo bona fide id ad notitiam Domini Papæ perferre, Papatum Romanum & Regalia Sancti Petri, ac iura ipsius Ecclesiæ specialiter, si qua eadem Ecclesia in Ciuitate vel terra de qua sum oriundus habeat, adiutor eis ero ad defendendum & retinendum seu recuperandum contrà omnes homines, tabellionatus officium fideliter exercebo, contractus in quibus exigitur consensus partium fideliter faciam nil addendo vel minuendo sine voluntate partium, quod sub

ſtantiam contractus immutet, ſi verò in conficiendo aliquod inſtrumentum vnius ſolius partis ſit requirenda voluntas, hoc ipſum faciam, vt ſcilicet nil addam, vel minuam, quod immutet facti ſubſtantiam contrà voluntatem ipſius; Inſtrumentum non conficiam de aliquo contractu in quo ſciam interuenire ſeu intercedere vim vel fraudem, contractus in prothocollum redigam, & poſtquàm in prothocollum redegero malitioſè non deferam contrà voluntatem illorum, vel illius quorũ, ſeu cuius eſt contractus, ſuper eo conficere publicum inſtrumentum, ſaluo meo iuſto & conſueto ſalario. Sic me Deus adiuuet, & hęc Sancta Dei Euangelia. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę abſolutionis, conſtitutionis, deputationis, aggregationis, voluntatis, mandati, derogationis, conceſsionis, & largitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare prçſumpſerit, indignationem omnipotẽtis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicę Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſecundo tertio decimo kal. Auguſti Pontificatus Noſtri Anno Octauo.

Gratis pro Nepotibus S.D.N.PP.

Hier. Balbanus.

R. Cabredo.

Regiſtrata apud me Balbanum.

ALEXANDER PP. VI.

Dilecto Filio Paridi Pinello Ciui Genuen:



ILECTE fili salutem & Apostolicam benedictionem Aliàs sicut accepimus fe. re. Innocentius PP. viij. prędecessor noster te, Castellinum Pinellum germanum tuum, & Balthassarem Spinulam ipsius Innocentij Nepotes, eorumq; filios Comites Palatinos auctoritate Apostolica fecit & creauit; prout in litteris dicti prędecessoris sub plũbo desuper expeditis latius dicitur contineri. Nos volentes te qui etiam eiusdem Innocentij Nepos secũdum carnem eras, ac supràdictos Castellinum Balthassarem & filios fauore prosequi gratioso, tuis & ipsorum in hac parte supplicationibus inclinati; Prędictas litteras ac facultates auctorirates & omnia & singula in illis contenta auctoritate Apostolica tenore præsenrium confirmamus, approbamus, ratificamus, & pręsentis scripti patrocinio communimus, ipsarum litterarum tenorem præsentibus pro sufficienter expresso habentes. Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac reuocarione desuper expressè facta & cæteris in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunq; Dat. Romæ apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xxvj. Maij M.CCCCLXXXXIIII.Pont. Nostri Anno Secundo.

B. Floridus.

REX
SICILIAE.


pectabiles & Mag. Viri Consiliarij Nostri fideles Dilecti. La fel. mem. del Sig. Re nostro Padre, per l'amore portaua al mag. & religioso M. Paris Pinelli fratello del Reu: Arciuescouo di Cosenza nostro Consigliero dilettissimo, scrisse alle Maestà del Serenissimo Sig. Rè, & Regina di Castiglia nostri Padre & Madre osseruandiss. raccõmandandogli le cose di detto M. Paris, le quali Maestà gratificatione della buo: mem: di Papa Innocẽzo, fecero naturale del loro Regno esso M. Paris, & che potesse hauere & conseguire fino alla quãtità di due mila ducati di rendita, delle prime precettioni dell'ordine di S. Iacopo, che vacassero nel lor Dominio; Del che il Mastro di Santo Iacopo predetto etiam restò cõtento d'hauerglieli à conferire per seruitio di detta santa mem: di Papa Innocenzo, & anco di dette Serenissime Maestà, & mandò al detto M. Paris l'habito; Il qual Mastro essendo morto, non hà potuto conferire al detto M. Paris cos'alcuna; & per vigore d'vna Bolla di detta buo: me: di Papa Innocenzo, dette Serenissime Maestà si hanno tolto il detto Magistrato in loro amministratione, & occorrendo vacatione, esse Maestà n'hanno da disponere, & conferire. Amando noi, come amiamo, detto M. Paris, gli desideriamo ogni cõmodità & benefitio per le sue virtù, & buoni seruitij prestati in ogni tempo, tãto per esso, come per detto Reuer: Arciuescouo suo fratello; Vi diciamo & imponiamo che durante la stanza vostra appresso à dette Sernissime Maestà, sempre che occorrerà & sarete ricercato per parte del det-

O to

to M.Paris,debbiate fare,come ſopra,ogn'opera neceſſaria da noſtra parte, con dette Maeſtà, che detto M. Paris ſia prouiſto delle prime precettioni, che vacheranno, le quali ancora che non faceſſero la ſomma delli due mila ducati, procurerete s'habbiano, & hauuti che s'haueranno, potrete ſollecitare in altre vacationi il ſupplimẽto fino alla ſomma delli due mila ducati, perche noi deſideriamo grandemente che queſta materia habbia effetto, ſempre che biſognerà,& farete ricercato, farete ogn'opera voſtra, & di maniera che la noſtra intentione co'l mezo voſtro habbia da eſſer votiua & fruttuoſa ſecondo ch'è il noſtro deſiderio. Data in Caſtel nouo di Napoli à ij. di Marzo M. CCCC LXXXXIIII.

Rex Alphonſ.

Io. Pontanus.